



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri  
Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædedit usq[ue] in annum  
præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina  
indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...**

**Luther, Martin**

**Basileae, 1520**

**VD16 L 3411**

Capitvlvm Qvintvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34878**



redem, & nihil hominē duxerit. Nō em̄ frustra sic usurpat scriptura uocabulū ludētem, seu ridentem: eoq; tam sanctam mulierem fuisse cōmotam recenset. Apostolus autē hoc adducit, ut confortet Galatas, ne propter persecutionem istorum Ismaelitarum, desinant esse Isaaceni, quia sic oportet fieri; futurum autem est, ut eijciantur, ut sequitur.

Sed quid dicit scriptura: Eijce ancillam & filium eius: nō enim erit hæres filius ancillæ, cum filio meo Isaac.

Epitaticè loquitur, & omnino contraria præsumptioni ancillæ, & filij eius. Ancilla est, inquit, & domina esse præsumit; filius ille ancillæ, & filium dominæ irridet, & ironijs illudit, sed absit, eijciantur potius. Quo iterum intelligit, Agar ancillam consensisse, aut saltē indulgisse filio suo Ismael, ut Isaac irrideret ut quæ idem sperabat quod filius suus, se fore scilicet dominā. Nec dicit, Eijce filium tuū, sed filiū eius; contendens Ismael nec Abraham filium esse, sed ancillæ.

Epitaticè loquitur.

Ita & nunc (inquit) fiet. Non sunt hæredes filij carnis, sed filij promissionis.

Proinde si non uultis eijci cum filio ancillæ, filij liberæ perseuerate; scriptura non mentietur, quæ filium ancillæ etiam inuito Abraham, tamen autoritate quoq; dei, eijciendum pronunciat.

Itaq; fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ.

Applicat historiam & allegoriam, & summam absoluit breui conclusione, quæ iam ex dictis abunde intelligitur. Esse enim filium ancillæ, est seruire legi, debere legi, esse reum legis faciendæ, peccatorem, filium iræ, filium mortis, alienum a Christo, excisum a gratia, exortē hæreditatis futuræ, uacuum benedictiōe promissionis, esse filium carnis, esse hypocritā, esse mercenariū, uiuere spiritu seruitutis in timore; & si qua alia recēsuit hic & alibi. Sunt enim infinita huius mali nomina. Et quamuis noster translator in fine huius capituli adiunxerit qua libertate nos Christus liberauit, tamen nos cum græcis hoc exordio capitulum quintum tractemus.

Esse filiū ancillæ.

Noster translator.

## CAPITVLVM QVINTVM.

**Q**ua igitur libertate nos Christus liberauit, state: & nolite iugo iterum seruitutis contineri.

Vsq; ad nauseam inculco, libertatē & seruitutē esse eas, de quibus Rho. vj. dicit: Cū em̄ serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Liberati autē a peccato, serui facti estis deo. Cōstituamus autē ordine & figura.

Libertas iustitiæ

Seruitus peccati.

Seruitus iustitiæ

Libertas peccati.

Qui em̄ liber est a peccato, seruus factus est iustitiæ; Qui uero seruus est peccati, liber est a iustitia, & diuerso. Hæc oīa repeto, sciens, quod multitudine locustarū & bruchorū, eo puenerint terræ nostræ fruges, ut seruitus & libertas ista, passim nō intelligat; adeo inhæsit, atq; penitus insedit humanū cōmentū, de libero arbitrio in utrūq; cōtrariorū, aut cōtradiCTORIORū. Quin & carnaliter quoq; de libertate sapiunt; qbus & ap̄tus eodem Rho. vj. coactus est occurrere, quasi in Christo licitū sit quodlibet fieri. Cū hæc sit libertas ea, qua facimus

Libertas.

sponse & hilariter, sine pœnarū aut mercedū respectu, quæ in lege dicta sunt.

Rr Seruitus



Seruitus.

Seruitus autē qua timore feruili, aut amore pterili facimus. Non igitur refert, nec differūt, Seruus peccati, & Seruus legis. Quod is qui Seruus legis est, semp peccator sit, nunq̄ implens legem, nisi in specie operū, cui detur merces tēporalis, sicut filijs ancillarum & concubinarū. Hareditas autē filio liberę.

Christus nos liberos fecit.

Christus (inquit) nos liberos fecit, hac libertate. Spiritualis est libertas, in spē rītu seruāda, nō gentilis illa, quā nec gentilis Persius satis esse nouit. Libertas est a lege, sed cōtrario modo, quā in hominibus fieri solet. Libertas em̄ hu-

Libertas hu/mana, &amp; christiana pu/gnant.

mana est, quādo nō mutatis hominibus, leges mutant. At christiana libertas est, q̄ nō mutata lege mutant homines; ut lex eadē, quę prius libero arbitrio odiosa fuit, iam diffusa p̄ spiritū sanctū charitate in cordibus nostris, iucunda fiat. Hac libertate fortiter & p̄tinaciter standū docet, quia Christus pro nobis legē adimplēs, & peccatū exuperans, spiritū charitatis, in corda eorū, qui credūt in eum mittit, quo efficiunt iusti & legis amatores, non suis operibus, sed grauita Christi largitiōe. A qua si recedas, & ingratus es Christo, & supbus in te

Nota pōdus uerborum.

μὴ ἐνεχέδε.

ipso, uolens te ipsum sine Christo iustificare, & a lege liberare. Nota pōdus uerborū, nolite iterū, nolite seruitute, nolite iugo seruitutis, nolite cōtineri, seu ut grāce significantius dicit, Mi enecheste, fere quod supra dixit, uelut cōclusū in carcere; hoc est, ne sub grauissimo & importabili onere legis, in qua tamen nō nisi seruos esse liceat & peccatores, cōcludamini, possideamini (ut Erasmo) illaqueamini, implicemini. Minus est teneri; sed in seruitute teneri durum est: durissimū, iugo seruitutis, p̄sertim post acceptam libertatē. State dicit, p̄sumens maiora de eis quā inueniat, scilicet, nōdum cecidisse eos; alioquin dixisset, surgite, nunc blandius, state, inquit; ut simul erudiat, neminem oportere statim, cum desperatione reparandi corripere, immo cū magno spei bonę argumento, quod nō faciunt fulminatores nostri seculi, quibus satis est, suā potestatis libidinem fecisse terribilem.

Blande corripere.

Ecce ego Paulus dico uobis: Quoniam si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit.

Ceremoniæ nō sunt male sed in eis fide.

Postq̄ apostolus multis & fortissimis argumētis, legis iustitiā conuulsit, rationēq̄ de fide in Christū copiosissime reddidit; Nunc nō minore impetu exhortat, deterret, minat, p̄mittit, rigans quę iam plantauerat; & oīa plane apostolico ardore & zelo tentat & tēperat, ut sit iucundissimū uidere, tantū speculum apostolicę sollicitudinis. Primū terret Christū nō prodesse, si circumcīdant, & hoc ego Paulus (inquit) denuncio uobis, repetens nomen suū in pondus autoritatis. Iterū hic & ego repeto, Circūcīdī nō esse malū, sed iustitiā (in hoc em̄ circūcidebant) in circūcīsiōe quarere, impietas est. Atq̄ in operibus ceremonialibus facilius est cognoscere, falsam iustitię fiduciā, q̄ in operibus moralibus decalogi. Quia neq̄ in his quærēda est iustitia, sed in Christi fide; quod dico, ne hinc aliquis existimet apostolū, solum cōtra ceremonialia legis pugnare, sed manifestissimū opus legis assumpsit, simul oīa opera legis intelligens. Contrariū huic uidet Rho. ij. Circūcīsiō qdē prodest, si legē obserues. Quō (inquit Hiero.) circūcīsiō prodest, si legē serues, q̄ nec Christus p̄dest circūcīsis: Multa hic cōgerit idē, s. uir. Verū breuiter impossibile est legē impleri sine Christo, ut iam sapius dictū est; hoc em̄ p̄ cōstanti hypothesi apostolus habet, & satis pbauit. Seruātibus autē legē (id est, Christū legis cōsummatorē, p̄ fidem habētibus) liberū est circūcīdī, & nō circūcīdī: oīa eis p̄sunt omnia cooperant in bonū; sed qui circumcidunt seruiliter, & timore legis, qd inde

Lex impleri nequit sine Christo.



inde legi satisfacere, & necessaria iustitia iustificari uolūt; utiq; Christū & gratiam dei abijciunt, alia uia legē implere q̄ p̄ Christū præsumentes, ita Christus eis p̄pter circumcissionē nihil prodest, cū illis circumcisio p̄pter Christū nihil noceat. Eadē stultitia, immo impietate pereūt, qui uel tremore cōscientiæ, uel periculo instantis mortis, cū uitam suam pessimā tandē aliq̄n senserint, uidētes quāto interuallo a lege dei distent, aut desperāt, aut aequali impietate irruunt, uolentes satisfacere pro peccatis, & deinceps legē seruare, p̄ serenāda cōscientia sua, arbitrātes se bonos futuros, si quod lex p̄scribit, impleuerint; porro implere nō intelligūt, credere purissimū in Christū legis impletorē, sed operibus multiplicatis legi satisfecisse. Has impias iustitias, ex decretis hominū, & monstrofa theologia, cuius caput est Aristoteles, & pedes Christus, cū sola regnēt, discimus. Sic em̄ satisfaciūculas iactitāt, easdēq; mirū est quāti faciūt p̄ mundanas indulgentiarū; quasi parū sit in Christū credere, in qua fide sola est iustitia redemptio, satisfactio, uita, & gloria nostra. Tu ergo, cū lege duce, in peccatorū tuorū ueneris cognitionē, caue ne primū p̄sumas deinceps legi satisfacere, melius uicturus, sed desperās de uita tua p̄terita & futura prorsus, in Christum crede fortiter. Credens autē, & sic iustificatus ac legem implens, inuoca eundē ut & in carne tua, peccatū destruat, & ibi etiā lex impleat; sicuti iam in corde tuo p̄ fidem impleta est. Et tum primū opera bona iuxta legē facias. Proinde placet iste modus, quod morituris, nō nisi Christus crucifixus inculcat, & ad fidem ac spem hortant. Hic saltem (quantūlibet totam nostrā uitam illuserint mentū deceptores) ruit liberū arbitriū, ruunt bona opera, ruit legis iustitia, reliqua sola fide, & inuocatione purissimæ dei misericordiæ; ita ut mihi sæpe fuerit opinio, in morte, aut plures, aut meliores esse christianos, q̄ in uita. Nam quanto purior ab operibus propriis fiducia, & absolutior in solū Christū, tanto meliorē reddit christianū. Et in hanc fidem, opera bona totius uitæ exerceri debent. At nunc nebulis, & nubibus, & turbidibus traditionū legumq; humanarū, deinde indoctorū scripturæ interpretū & concionatorū, in merita nostra tradimur, ex nobis satisfaciū<sup>o</sup> peccatis, & nō ad purgāda uitia carnis, destruēdūq; corpus peccati, opera nostra dirigimus, sed uelut iam puri & sancti, tantū cumulamus ea, uelut frumentū in horreū, quibus deum debitorē faciamus, & in cœlo, nescio quanta altitudine, sedeamus. Cæci, cæci, cæci, his om̄ibus Christus nihil prodest, alio consilio iustificant seipso. Consequens autē est, hoc uerbū Circumcidamini, nō tam opus externū, q̄ internū uotum operis exprimere; in spiritu em̄ loquitur ap̄tus de interiore cōscientiā. Externū opus indifferens est. Tota autē differentia, in opinione, mente, cōscientiā, cōsilio, dictamine &c. consistit. Quare si opera legis fiant, cōscientiā necessitatis, & fiducia iustitiæ adipiscendæ, abitur in consilio impiorū, statur in uia peccatorū, & qui hoc docet, sedet in cathedra pestilentiæ. Si autē fiant pietate charitatis, & fiducia, ac libertate; iam per fidē adeptæ iustitiæ, merita sunt. Fiant autē pietate charitatis, q̄n ad necessitatē uel uoluntatē alterius fiūt. Tunc em̄ nō sunt opa legis, sed opa charitatis, nec p̄pter legē imperantē, sed p̄pter fratrem uolentem uel indigentē, sicut ap̄tus ipse eadem fecit. Hæc tibi stet sententia firmiter, in omnibus opibus, quarūcūq; legū. Nā ita sacerdos ac religiosus, si opa suarum ceremoniarū, immo castitatis & paupertatis fecerit, quod in illis iustificari, & bonus fieri uelit, impius est, & Christū negat. Cū illis, iam iustificatus fide, uti debeat ad purgandā carnem, & ueterē hominē, ut fides in Christo crescat, & sola in ipso regnet; & sic fiat regnum dei. Ideo hilariter ea faciet, nō ut multa me-

Re ij reatur

In stultis.  
NOTA

Desperandū  
docet.

Christū morituris inculcari.

Christiani in morte.

Merita cumulare uolentes.

Opera legis bene fiunt.

Elegans & uera sententia



Ad lectore  
candidum.

reatur, sed ut purificet. At huius, quātus nūc in gregibus istis morbus est, q̄ & summo tædio, nec nisi pro hac uita, religiosi & sacerdotes sunt; ne pilum quidē uidentes, qd sint, quid faciāt, qd quarāt. Ignosce lector mihi uerbosissimo. Madian iste sup ecclesiā sic multiplicatus est, ut sexcētis Gedeonibus opus sit nedū trecentis tubis & lagenis qbus exturbent. Aquæ Assyriorū fortes, usq; ad collū Iuda puenerūt, impleuitq; extensio alarum eius, latitudinē terræ tuæ o Emanuel, quia aquas Siloe, quæ uadūt cū silētio, p̄icimus. Itaq; meruimus ligantibus clauibus, nō nisi innumerabiles laqueos animarū.

Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, q̄oniam debitor est uniuersæ legis faciendæ.

Obiectio.

Responsio.

Opus bonū  
est, quod ex  
bono puroq;  
corde, p̄ceditFides est ple-  
nitude oim  
legum.

Cōsiliū ap̄t.

Ceremoniæ  
fiunt a iustis  
sed non iusti-  
ficant.

NOTA

Primū malum, quod uos terrere debeat, est quod Christus uobis nihil profest; hoc est, nihil aliud q̄ legem non esse a uobis impletam; ideo alterū malū est, quod adhuc legis pondus sup uos est, & debitores estis totius legis faciendæ. Vtrūq; certissime maximū damnū, carere tanto bono, quod in Christo est, & premi tanto malo, quod ex lege est. Sed qua quæso, Paule, dialectica stabit, immo curret ista cōsequētia, Circūcideris, ergo totius legis reus es? Nōne saltem circumcisionis legē seruat circumcisus? Respōdet Hier. ix. Omnes gentes habent p̄putium; omnis autē domus Israel incircūcisi sunt corde. Itē apostolus ex hypothesi sua loquitur, quod nullius legis opus sit uerum, nisi in fide cor purificante fiat; ideo neq; circumcisio, aut quodcūq; aliud satisfacit legi, nisi foris & simulanter. Hoc em̄ opus solum bonū est, quod ex bono puroq; corde procedit. Bonum autē cor, non nisi ex gratia nascit; gratia non ex operibus, sed ex fide Christi uenit. Sic circumcisio Abrahæ prorsus nihil fuisse, nisi prius credidisset, qua fide iustus reputatus, fecit bonum opus circumcidendo se; hoc est, quod Rho. ij. dicit. Si p̄uaricator legis sis, circumcisio tua p̄putium factum est; quid hoc est aliud, q̄ circumcisus nō est circumcisus? & seruans legem nō seruat legem; quia non seruat eam maiore & meliore sui parte, scilicet corde, sed carne duntaxat. Sic Iacobus; Qui offendit in uno, factus est omnium reus. Nam qui fide unum implet, omnia implet. Fides enim plenitudo omnium legum est, propter Christū impletorē. Quod si in uno fide careas, iam in nullo eam habes. Recte ergo dicit; qui se circumcidit sine fide, sine interna circumcisione, nō se circumcidit, sed nec ullum opus ullius legis facit, uniuersæ autem legi adhuc debet. D. Hiero. intelligit, si circumcidantur, necesse esse, ut & reliquā uniuersam legem seruent; quasi Galatæ tantū circumcisionē seruarint. Quæ sententia mihi non placet; quia totam legem Mosi impouerant Galatis pseudapostoli, ut supra dixi; dies, menses, annos, & tempora seruat; ideo potius uult ostendere, longe contrariū eis euenisse p̄ obseruantiam legis, scilicet nullā obseruantiam, immo ueram ac maiore transgressionē.

Euacuati estis a Christo, q̄ in lege iustificamini, a gratia excidistis. Ecce quod dixi, non circumcisionis opus, sed fiducia iustitiæ ab apostolo damnata. Qui in lege (inqt) iustificamini, uitiū impietatis est, quod iustificari uultis operibus legis; fieri opa legis bene possunt a iustis, sed iustificari in illis nullus impius potest. Deinde & iustus, si illis iustificari p̄sumat, amittit potius q̄ habet iustitiā; & excidit a gratia, qua iustificat⁹ erat; trāslatus uidelicet, e bona terra, in sterilem. Iterū hic alludere uidetur occulte ad nomē Galatarū, quod translationē significat, quod e gratia in legem exciderint. Vides ergo q̄ constanter



stanter apostolus, sola fide nos iustificari contendat, & opera non esse iustitiæ parandæ principia, sed iam parte officia, & augēdæ ministeria. Taxat d. Hiero, interpretem in uerbo, Euacuati estis, quod significet magis, ab opere Christi cessastis. Et mire placet huius uerbi Emphasis, uult dicere: otiosi, inanes, uacui estis opere Christi, Et Christi opus nō est in uobis; siquidē (ut supra dictum est) christianus nō uiuit, non loquit, nō operatur, nō patitur, sed Christus in eo. Omnia opa eius, sunt opera Christi; tam inestimabilis est gratia si dei. Qui ergo in legem transferi, iam ipse in se uiuit ipso, suū opus, suam uitā, suum uerbū exercet, id est, peccat, & legē nō implet, otiosus est Christo. Christus nō habitat in eo, nec utitur eo; atq; pessimū & infelix quoddā sabbatū ab operibus domini; cum contra, sabbatū illare deberet ab operibus suis uacare, & otiosus esse, ut opera domini in eo fierent, quod per sabbatū olim figuratū docet b. Augu. Igitur qui credit in Christū, euacuatur a seipso, fit otiosus ab operibus suis, ut uiuat & operetur in eo Christus. Qui lege quærit iustificari, euacuatur a Christo, fit otiosus ab operibus dei, ut uiuat & operetur in seipso; hoc est, pereat & perdatur.

Obserua.

Credere Christo. Iustificari a lege.

Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus.

Spiritu ex fide, hebraice dici uidetur, pro eo, quod est, nos spiritu, qui ex fide est, seu quia credimus; ideo nō carnaliter, sed spiritualiter expectamus spem iustitiæ. Illi uero qui non credunt, uacui spiritu sunt; ideo ex operibus carnaliter expectant spem iustitiæ suæ. Fides facit spūales, opera carnales. Dixi & ante, nō posse hominē citra gratiā, legem operari, nisi uel timore pœnæ, uel spe promissi; utrūq; autē carnaliter & mercenarie agitur, quare nō spiritu expectatur ibi spes, sed carne appetitur res, qua fruuntur. Non em̄ amore iustitiæ, sed com modo præmi, faciūt bene. Quid illud, spem iustitiæ expectamus? Quis spem expectat? Aliqui spem pro re sperata accipiūt; sicut li. iij. Señ, fidem pro re credita, seu uerbis fidei accipi dicitur apud Athanasium, Hec est fides catholica &c.

Fides facit spirituales, opa carnales

Verū ego nō libenter fidem & spem sic accipi audio. Sicut em̄ recte dicit, uiuo uitam; ita nō absurde, spero spem, dici posse uidetur; tamē interim non contendā. Sequat̄ quisq; quod poterit aut uolet. Ego scio, quod Tropus scripturę ferme habet, ut illud fidei & spei tribuat, quod fide & spe attingitur. Sic em̄ dii uocant, uocant ueraces iusti, sancti, quæ solius diei sunt, cuius participatione & adhesionem tales sunt; ita spes, quia futuris inhæret, eorū adhesionem, speratio seu res sperata uocat; nō ut illi putant nudo arbitrio abutēdæ uocis, sed iustissima ratione, quomodo seorsum quoq; citra adhesionem diuinæ iustitię, iustos aliquos somniant. Cum fides ideo sit iustitia dei, quia diuinæ iustitię & ueritati adhæret & consentit; quod gratiæ est, non naturæ.

Uiuo uitam; Spero spem.

Tropus scripturæ.

Nam in Christo Iesu, neq; circumcisio aliquid ualeat, neq; præputium: sed fides, quæ per dilectionem operatur.

Hic manifestissime probatur Circumcisionē esse licitam, quod tanto strepitū d. Hiero. cum suis impugnat. Quia, si non est licita, præputium erit necessarium. At præputium (inquit) non ualeat, ergo non est necessarium. Rursum & præputium est licitum; quia si nō est licitum, circumcisio est necessaria. At circumcisio nihil ualeat, ergo non est necessaria. Quid ergo restat, nisi quod be. Augu. recte hic dicit. Nec enim Timotheo non profuit Christus, quia Paulus eum iam christianū circumcidit, fecit enim hoc propter scandalum aliorū,

Circūcisio licita, contra d. Hiero. Præputium licitum.

Rr iij nihil



**NOTA**  
Opera legis  
neutra.

Obijcit.

Diluit.

Opera decal/  
logi in spū.

Fides uera.

In fictā theo/  
log orū fidē,  
quā acquisi/  
tam uocant.

**NOTA**

nihil simulans omnino, sed ex indifferentia illa, circumcisio nihil est, & præputium nihil est (.j. Corin. vij.) Nihil obest enim circumcisio ei, qui salutē in illa esse nō credit. Ad hanc indifferentiā cōmendandam, prudentissime Paulus utrūq; posuit, quia si dixisset, Circumcisio nihil prodest; iam uidebatur necessarium præputium. Rursum, si dixisset, præputium nihil ualet; iam circumcisio uideretur necessaria. Nunc uero sola opinio, fiducia, & consciētia, inter hæc discernit, quæ utraq; sunt licita, indifferentia, neutra, sicut & omnia alia opera legis. Sic. j. Corin. vij. Circumcisus aliquis uocatus est, nō adducat præputium, in præputio aliquis uocatus est, non circumcidatur. Circūcisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Quid hoc est? Non est obseruare dei mandatum circumcidit? Nonne per Mosen & Abraham illud præcepit? Dixi supra, quod circumcisi carne, sine circumcisioe cordis, coram deo in circumcisi sint. Quam̄ uerum est, quod ceremonialia legis usq; ad Christum necessario fuerunt iudæis seruāda; usq; ad Christum enim Abrahamæ promissio, & Mosi lex durabat; ut Deutro. xviij. Moses clare dicit, quod prophetā quem suscitaturus erat deus, audirent, sicut ipsum Mosen. Nō ergo uoluit Moses audiri, ultra hunc prophetam, qui Christus est; sicut apostolus Petrus eundē locum Act. iij. contra iudæos adducit. Et cum Abrahamæ circumcisionem mandauit, utiq; usq; ad benedictionis promissæ exhibitionem uoluit eam durare. Veniente enim semine, cui promissio facta fuit, certe simul finita est promissio, & pactum promissionis cum signaculo suo. Post Christum igitur circumcisio nihil est, neutra tamen & licita, sicut quæcūq; alia, de diebus, cibis, uestibus, locis, hostijs &c. q̄q; nec ante Christum, aliquid erant, quando sine interiore iustitia fiebāt, ut Isa. j. dicit, Quo mihi multitudinē uictimarum ueststrarum? Et Micheas. vj. Quid dignū offeram domino? &c. Sic Hebræ. ix. dicit, illa omnia ad tempus correctionis imposita. Sed & opera decalogi, extra gratiam, erant & sunt finiēda, ut succedant uera opera illius in spiritu. Hæc dixi, ne quis me puter circumcisionem, etiam ante Christum asserere neutram fuisse & indifferentem, aut iudæis præputium licitum. Iob enim & multi alij orientales Naaman Syrus Sareptanæ mulieris filius, rex Nabocodonosor conuersus, iusti erant, & tamen incircumcisi, quia lege Mosi non tenebantur, nisi iudæi, qui illam acceperant. Illud quod ait, fides, quæ per dilectionem operatur, declaratio est sermonum illuminans, & intellectum dans paruulis, ut intelligamus de qua fide tories loquatur. Nempe de uera & sincera, atq; ut ad Timoth. j. dicit, conscientia bona, & fide non ficta. Ficta uero est, quam Theologi nostrī acquisitam uocant, tum quæ & si infusa est, sine charitate est. Nec hic tracto friuolas quæstiones, & rancidas opiniones eorum, quibus statuunt fidei infusæ, necessariam fidem acquisitam, quasi spiritus sanctus nostri egeat, & nō potius nos illius, in omnibus. Nam quod somniant, si puer recens baptisatus inter Turcas & infideles, sine christiano doctore aleretur, non possit scire, quæ sint christiano homini scienda, nugæ sunt, quasi non cotidie ad sensum experiantur; quid profit christiana doctrina ijs qui non trahuntur intus a deo. Rursum quanta fiant per eos, qui foris non docentur, tot & tanta, quanta Theologi docent & docentur. *Viua, immo uita & res est, si spiritus doceat, scit, loquitur, operatur, omnia in omnibus, quem deus docuerit. Nō secus certe, q̄ dum creat hominem e nouo. Quis enim rude semen uirī docet, uiuere, uidere, sentire, loqui, operari, & totum mundum in omnibus operibus suis uigere? Rīdīcula sunt illa commenta, & de deo nimis stulta cogitantia. Igitur qui uerbū Christi*



Christi synceriter audit, & fideliter adhæret, mox quoque spiritu charitatis induitur, ut supra dixit, Ex auditu fidei, an ex operibus spiritum accepistis? Neque enim fieri potest, si Christum syncere audias, non etiam mox eum diligas, ut qui tanta pro te fecerit, ac tulerit. Si diligere potes eum, qui te, xx. florenis donat, aut honorat officio quocumque, quo modo non diliges eum, qui non aurum, sed seipsum pro te tradit, tot vulnera pro te accipit, sanguinem sudat & fundit, moritur, & omnia extrema subit? Sin autem non diligis, certum est, quod hæc, nec syncere audis, nec pure credis, pro te facta esse: hoc enim spiritus facit, ut facias. Reliqua autem fides quæ miracula facit, donum est dei liberale, in ingratos dispersum, qui in suam gloriam operantur, quæ operantur. De quibus, i. Corin. xiiij. dicit: Si habuero omnem fidem &c. Elegantissime ergo, & significantissime dicit, fides, quæ charitate operatur, id est (ut Erasmus ex græco docet) efficax est, non quæ per acquisitionem sui stertit, nec quæ per miracula potens est, sed quæ per charitatem efficax est, quomodo superius dixit: Qui operatus est Petro, operatus est & mihi inter gentes; energiam enim sonat.

Qui uerbum Christi synceriter audit, si deliter adhæret, ipse quoque charitatis induitur.

### Currebatis bene.

Tropus scripturæ est, ire, ambulare, ingredi, uia, iter, gressus, uestigia, & similia, pro conuersari, immo & pro credere & diligere, accipi. Nã deo nõ appropinquatur (ut August. ait) loco, sed affectu & amore, quod est cordis & animi ambulare. Vnde & conuersationem nostram in cœlis esse dicit, dum sapimus ea quæ sursum sunt, ubi Christus est. Hæc quæ uulgatissima & frequentissima sunt in scripturis, opus tamen est ea commemorare; quod nunc passim uulgatissimus error dominet, quo pro religione contra religionem cursitant Rhomam, Hierusalẽ, ad S. Iacobum, & mille alia loca, quasi regnum dei nõ sit intra ipsos. Ad quã impietatem non segniter patrocinantur magnificæ & immodestæ ostentationes indulgentiarum. Quibus uulgo indoctum (quia nescit distinguere) illud, has discurtationes longe præfert exercitijs charitatis, qua sola ad deum curritur, quã & in locis suis abunde possent exercere. Sed lucrum excæcat pastores, quo minus huic errori uulgate occurrant. Apostolus uero non dicit, ambulabatis, sed currebatis, quo eximie eos commendat, & paterne eis blanditur. Nã cursus perfectior est, sicut psal. xvij. Exultauit ut gygas ad currendam uiam. Et ad Corinthios; sic currite, ut comprehendatis. Rursum de ijs qui perfecti sunt, & obstinati in malo, dicit Prouer. i. Pedes eorum ad malum currunt & festinant, ut effundant sanguinem. Et idem repetit Isa. lix. Quare currere in Christo, est festinare, ardere, perfectum esse, in fide & charitate Christi.

Tropus scripturæ.

B. Augu.

In peregrinandi errorem.

NOTA

Lucrum cæcat

### Quis uos impediuit ueritati non obedire?

Quis impediuit uos in cursu bono, & adeo impediuit, ut ueritati non crederetis? quasi d. nullius astus, nullius autoritas, nullius quantalibet persona, seu species, uos debuit mouere, stertentes & uix reptantes in Christo (hoc est infirmiores) queat aliquis fallere, impedire, seducere; at currentes, ardentes, & plane eos, qui me sicut Christum exceperunt, qui oculos suos eruerunt, qui omnia pericula rerum & uitæ, pro me obierunt tam cito, non modo impediri, sed eo etiam transferri, ut ueritati non credant, quis non miretur? Vere Galatæ, & nimium transferribiles estis, a tanta perfectionis sublimitate, in tantam contrariæ superstitionis profunditatem cito deiectioni. Simul recordare, quid sit humana natura, quod liberum arbitrium, si deus manum subtrahat. Deinde quid facturi sint populi, bonis pastorum officijs carentes; quoniam Galatæ tanti in Christo, tam cito, ab

Explanatio apostoli.

R r iij sente



In pastores. fente Paulo, tam grauitur lapsi sunt. Erant nunc, qui multorū locorum pasto-  
res, immo multorū pastorum pastores esse uolunt, & de potestate sua gloriantur  
pasturam interim, nec sibi ipsis prudentes. Siquidem, hodie corruptissimæ affe-  
ctiones id quod Christus ad Petrum dixit, Pisce oues meas, sic interpretatur;  
Esto super oues prælatus, & dominare earum, & hoc solum est hodie pascere  
oues Christi, etiam si euāgelij (quod solum pascua est ouium) nec uiderint syli-

Tu es petrus

NOTA

Cōtra domi-  
nantes pasto-  
res.

labam. Deinde illud, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā  
meam, idem interpretantur sic: Supra petram, id est, super potestatem ecclesie  
quando Christus fidei soliditatem in spiritu significauit, faciēs nobis ex fide  
Christi spiritualissima, potentiam terrenissimam. Proinde nobis nō opus est  
dicere: Quis uos impediuit nō obedire ueritati? Sed quare uos nemo impedit  
obedire mendacijs, in quibus pessime curritis? Quid em̄ aliud faceremus, quan-  
do pastores nō quo curramus, sed quantū ipsi dominant, spectant?

Nemini consenseritis.

Hiero, hanc particulam penitus reijciendam arbitrat, quod in græcis libris  
non inueniatur; nec in ullis eorum, qui in apostolum cōmentati sunt, quare  
& nos eam prætereamus.

Hæc persuasio, non est ex eo, qui uocat uos.

D. Hierony. legit persuasio uestra, & multa de libero arbitrio disputat, quæ  
prudenter intelligenda sunt, præsertim cū aliorum reciter sententijs, id est, com-  
mētaria scribat. Mihi Erasmi sententijs placet, qui dicit, nec uestra, nec est, nec  
hæc in græco haberi, & responsionē esse, ad quæstionē præcedentē, hoc modo  
Quis uos impediuit non obedire ueritati? Certe non nisi persuasio, quæ nō est  
ex deo, qui uocat uos. Persuasio autem, utroq; modo accipi potest, actiue &  
passiue; nisi quod uehementius obiurgat, & magis præcedenti quæstioni qua-  
drat, si passiue accipiat, ut sit sensus; Impediti estis, quia nimis cito persuasi estis;  
Galatæ estis, cito transferimini ab eo, qui uocat uos, ut supra dixi. Debuerant  
tam perfecti, nō tam cito persuaderi, quantūlibet suasores urgerēt. Iterū nota,  
quod fidem magis persuasionē uocat; quia res est, quā nisi luadenti credas, de-  
monstrari nō possit. Non em̄ sophistarū pugnas, fides patitur.

Persuasio.  
Fides.

Modicum fermentum, totam massam corrumpit.

Male in nostris codicibus habet, Modicū fermentū totā massam corrumpit  
Et sensum potius interpres suū q̄ uerba apli trāstulit; Hæc d. Hieronymus sic  
autē transfert, Modicū fermentū, totam conspersionem fermentat. Eandē sen-  
tentiam, immo eadem uerba, j. Corin. v. ponit; Nescitis quod modicū fermen-  
tum totam massam corrumpit? Videturq; apostoli, familiare quoddā prouer-  
bium esse, sane pulcherrimū, & multæ emphasis. Apostolus autem, j. Corin.  
v. manifeste indicat duplex esse fermentū, quando dicit; Expurgate fermentū  
uetus. Et iterum; Non in fermento ueteri, Est ergo & nouum fermentū. Ve-  
tus est pestilens doctor, pestilēs doctrina, pestilens exemplū. De primo & se-  
cundo loquitur hic apostolus. De tertio, j. Corin. v. ubi fornicariū iubet aufer-  
ri de medio tanq̄ fermentū uetus, ut sitis (inquit) noua cōspersio. Itē Marth.  
xvj. & Lucæ, xij. Attendite a fermento pharisæorum, quod est hypocrisis, quod  
infra euangelistæ ipsi exponunt, de doctrina pharisæorum. Massa seu consper-  
sio, populus, discipulus, uel pia doctrina puræ fidei. Sicut autē fermentū simile  
est cōspersioni; ita puerla doctrina semp̄ iduit speciē ueritatis, nec nisi sapore, id  
est, discretionē

Fermentū ue-  
tus & nouū.



est, discretione spirituum discernitur. Fermentum nouum, Christus est, uerbum Christi, opus Christi, ac omnis Christiani, id est, doctor doctrina, exemplum. Massa autem populus, sapientia carnis, uetus homo, uita mundi &c.

Vnde Matth., xvi. Simile est regnum coelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentaretur totum. Mulier, ecclesia uel sapientia dei fermentum accipit (id est, uerbum euangelij) & abscondit (quia uerbum fidei in interiore conscientia uiget, non in operibus externis legis, ut dictum est. In corde meo (inquit) abscondi eloquia tua, iustificat enim in spiritu coram deo in tribus satis farinae, in certo numero & mensura electorum suorum

Est enim, teste Hiero. satum hebraice, more palestinae prouinciae, mensurae genus, unum & dimidium modium capiens. (Et tantum ferme solent mulierculae, pro fermentanda farina accipere.) Sata ergo tria, quocumque quis interpretetur mysterio, permittendum est; modo certum numerum, & modum populi intelligat, uel sanctae trinitatis electione, uel aliter. Donec fermentaret totum; hoc est, quod supra dixi, fides, qua iustificamur in spiritu, est uelut absconditio fermenti, & uerbi dei cum anima nostra, quaedam temperatura id facit, ut carnem castiget, peccatum destruat, fermentum uetus expurget, ut sola ipsa in omnibus membris regnet & totum fermentet.

Cum igitur in scripturis nos uocemur, unus panis, unus potus, & doctrina; similiter panis & potus, oportet allegorijis istis assuefieri, & temperaturas & mutaturas farinae ac fermenti, doctrinaram & populorum mutationes in animabus intelligere. Quamquam igitur de doctrina mala apostolus hoc loco dicat; tamen quia generali utitur sententia, debet etiam intelligi, de qua libet mala concupiscentia, qua cum coeperimus titillari, mox hoc uerbo retundenda est: Fermentum modicum corrumpit totam massam, quia nisi in principio resistas, inualecet, & totum corpus, & animam polluet, consensu, aut delectatione. Si autem fermentum est lex illa Mosi, ut apostolus sentit, quae nihil uitiosum sapuit: quid nostrae traditiones erunt, quae tam graue olent, & crasse spirant carnem & sanguinem?

Ego confido in uobis, in domino, quod nihil aliud sapietis.

Pulchre temperat uerbum, ne in hominem confidere putaretur. Confido in uos, non autem in uos, sed in domino. Et quanquam sensus idem sit. Confido de uobis in domino, nescio tamen, quid latentis mihi magis ardeat energiae, cum uelut hebraissans, Confido in uos in domino, dicit. Videtur enim & haec esse blanda quaedam paterna curae adulatio, quod in illos confidat, sed non nisi in domino. Iam hoc uerbum Sapientis, quod tam frequens est in nouo testamento, aliquando sapientia, prudentia, dicitur: ut Rhoma, viij. Prudentia carnis, mors est; tandem familiare nobis esse debet. Nam res illa, quae uocatur animi nisus, conatus, intentio, uideri, sensus, sentimentum, opinio, sententia, propositum, institutum, consilium, cogitatio, mens &c. hoc uerbo graeco exprimitur, Phronema, Phronesis. Inde psal. j. Beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum. Quod germanice, gutduncken uocatur: quando dicimus, es dunckt mich so recht. Nihil aliud, non potest referri ad proxime praecedens, sed ad totius epistolae argumentum & summam, ut sit sensus: Didicistis ex me euangelium, spero, nihil nouum, nihil aliud sapietis, non mutabitis. iterum blandiens, & pie praesumens: cum iam aliud sapere coepissent, seu aliud uideri illis coepisset.

Qui autem conturbat uos, portabit iudicium, quicumque est ille.

Contur

Nouum

Massa.

Mulier.

Satum

Oportet allegorijis s. scripturae assuefieri.

NOTA

Sapientia:

Phronema:  
φρόνημα  
φρόνησις



**Conturbat** Cōturbat, id est, de vera fide doctrinis suis deijcit, ac deturbat a statu, in quo stabatis. Sed nūquid excusabit illū pius zelus & bona (ut dicunt) intentioꝝ aut ignorātiaꝝ aut quod apostolorū discipulus est, & magnus? Nō (inquit) qui cūq; quantuscūq; sit, nō leue peccatū fecit, iudiciū suum portabit. Et iste tro-  
**Portare onus suum,** pus est scripturæ, portare suū onus, suum iudiciū, suam iniquitatē: quo significatur damnatio eorū. Nam ij qui sunt in Christo, non portant onus suum, sed ut Isa. ij. dicit: Christus languores nostros ipse tulit. Et, Dominus posuit super  
**Vnicuiq; suū peccatū ē im- portabile, & nō portandū Ap̄s detrahit personā,** eum peccata omniū nostrum. Vnicuiq; autem suum peccatū est importabile, & tamē portare cogitur: ut Psal. xxxvij. Quoniā iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū, & sicut onus graue grauate sunt super me. Horribile est er-  
 hat illi p̄sonam, quicūq; sit ille. Nihil moror, sit apostolus, aut discipulus apo-  
 stolorū, persona nihil est. Tantam uidemus personarū despectionē in Paulo & tāta mala sub p̄sonis & laruis hominū p̄petrata, nec sic satis pōt nobis p̄suaderi, quin uidentes & uolentes seduci delectemur, titulo sanctitatis, autoritatis, potestatis, p̄scriptiōis priuilegiorū, & huiusmodi uanissimarum rerum.

## NOTA

Nam id nūc in ecclesia non pmittit̄ dici, quicūq; sit ille. Sed satis est dicere, hic sic sentit, sic uult, sic iubet, tum hoc totū ecclesia uniuersalis dixit. Donec quidam Antichristi p̄cones eo uenerint, ut foedissime garriant: Non licere, p̄sertim Rho. Ponti, dicere, Cur ita facis, nō habere eum in terra iudicē. Nec satis ecclesiæ suæ prouidisse Christū, si nō tantam potestatem homini tribuisset, quantā ipse habet. Has uoces omniū impietatū impietatibus infaniores, dignum est nostrū seculū audire, pro meritis suis in Christum.

Ego autem fratres, si circumcisionem adhuc p̄dico, quid adhuc persecutionem patior?

**D. Hierony.** Quia ut supra c. j. dixit: An quāro hominibus placere, si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Quibus uerbis idem quod hic significat, se scilicet propter uerbum Christi, quo circumcisio tollitur, a ludæis passum persecutiones, ut in Actibus & multis epistolis scribitur. Dicit ergo, etiam eo argumento, discite circumcisionem nihil esse: quod ipse sicut uobis scribo, ita facio, ut etiam persecutionem propterea patiā, quā non paterer, si illis consentiens, circumcisionē docerem. D. Hiero. putat pseudapostolos illos, nomine Pauli quoq; abufos fuisse ad subuertendos Galatas: quod uidelicet & Paulus Timotheū circūciderit, & uotū fecerit in cenchræis, ut dictū est supra. sed uide nō dicit, si adhuc circūcisionē patior, sed p̄dico: p̄dicanda nō erat ut necessaria, & si toleranda erat, ut innoxia, modo fides Christi dominetur.

Ergo euacuatum est scandalum crucis:

**Duo frunt.** Si circūcisio p̄dicat̄, iudæi placant̄, cessat ergo eorū offendiculū. Nam idē uerbū, quod supra, Euacuati estis, id est, sine opere, otiosum, inane est, significat, quod uidelicet scandalū amplius nihil aget in ludæis. Sed quæ cōsequētia, Circumcisio p̄dicat̄, ergo crucis scandalū cessat? Deinde nō est oprandū, ut nō sit ullum scandalum crucis? An uis Paule, ut quāplurimi offendantur?  
**Respondet ad unum.** Quis hoc ferat? Ad primū, Apostolus proprie tribuit iudæis scandalum in Christo. Sic. j. Corint. j. Nos p̄dicamus Christū crucifixū ludæis quidē scandalū, gentibus autē stultitiā, nobis uero qui credimus, dei uirtutē & sapientiā. Et Luca. ij. de iudæis dicit Symeon, Positus est hic in ruīnam, & in resurrectionem



onem multorum in Israel. Et Isa. viij. Dominum exercituum ipsum sanctifica te, & ipse pavor uester, & terror uester, & erit uobis in sanctificatione: in lapide autem offensionis, & petram scandalum, duabus domibus Israel, & in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalem. Quare recte dicitur, si iudaeis placeret, praedicando circumcisionem, & eorum iustitias impias probaret, non offenderentur ipsi, nec eum persequerentur. Ad secundum potest dici, non uelle apostolum, ut sit scandalum, sed euidentem experientiam allegat, quod non sit euacuum scandalum crucis, ut probet circumcisionem non praedicari a se: ut sit sensus; hoc ipso cognoscite, circumcisionem a me non praedicari, quod uidetis scandalum crucis non cessare; durat iudaeorum furor & offensio, sicut & mei persecutio: utrumque sine dubio quietum esset, si circumcisionem praedicarem: ipsa ergo utrumque experientia, quod ego patior, & illi offenduntur, sit uobis abunde argumentum de circumcisione nos dissentire. Haec satis pro insensatis Galatis. Ceterum qui sublimiore huius quaestiois solutionem querit, illud euangelij tractabit: necesse est, ut scandala ueniant. Et Rho. xj. Dedit eis spiritum copunctiois &c. Et quomodo sic oportuit fieri, ut implerentur scripturae, quod pelagus hic praeterimus. Et si non negem ab apostolo tenuiter illud hoc loco tactum esse,

Vtinam abscindantur, qui uos conturbant.

D. Hiero. apostolum hic maledicere putat, sed multum laborat, ut excuset aut extenuet saltem. Verum cum ex praedictis didicerimus, solere ac solitos fuisse olim sanctos maledicere, & Christus ficum quoque maledixit; aut si ficum maledici parum uideat, Heliseus certe homines, pueros Bethel in nomine domini maledixit. Et Paulus fornicarium, i. Corint. v. Satanae tradidit, & eiusdem ultimo dicit; Si quis non amat dominum Iesum Christum, sit anathema maranata. Quod Burgen. pessimum maledicendi genus apud hebraeos esse dicit. Vbi nostri maranata, dominus uenit, intelligunt; non absque errore, ut puto. Nihil mirum sit, si & hic maledicat; externi hominis malum detestans, quo bonum spiritus impediti cernebat. Abscindant, Hiero. ad partes corporis refert uerendas; meminit enim eorum, qui castrantur, quae tanta sit passio, ut si inuitis illata fuerit, publicis legibus uindictae, si sponte, infamia incurraat. Legimus Deutro. xxij. Eunuchus attritis uel amputatis testiculis, & abscisso ueretro, non intrabit in ecclesiam domini. Et uicesimo quinto: amputanda sine ulla misericordia manus mulieri iubetur, quae rixantibus uiris, ut uirum suum eruat, uerenda alterius apprehenderit. Nonne stulta & ridicula haec, etiam si in gentilibus libris scriberentur? Ita sane, nisi deus libenter stultificaret sapientiam mundi, qui nostram superbiam, in rebus tam foedis (nostro tamen uitio) tanta sacramenta non uoluit fastidire. Duo testiculi certe utrumque testamentum sunt. Scriba enim doctor in regno coelorum proferet de thesauro suo noua & uetera. Uterus foeminae nonne uoluntatem & conscientiam significat? Sed omitto haec, quia isti qui puri sunt, per se inuenient: qui impuri, non sine periculo haec audiunt. Mulieris autem amputanda manus, quod uerenda apprehenderit alieni uiri, suspicari mihi esse eorum temeritas, qui in contentione ueri & falsi doctoris, politis, immo tortis scripturis, suo sensu, & humanis opinionibus uincere tentant. Sed quod ista: Nempe, quod Paulus in lege eruditissimus, cum de circumcisione circumcissionemque doctoribus agit, uideat eis optare, ut non modo circuncidant, immo penitus abscindant: non tamen preputio, sed tam testiculis quam ueretro; manifeste ad mysterium alludens, quod & graecus textus indicat, qui addit copulam, & sic, Vtinam & abscindant

Ad alterum,

Maledictio,

Burgen. maranata.

Abscindantur,

Eunuchus

Deus libenter stultificat sapientiam mundi

Mulieris amputanda manus &amp;c.

abscindant



Christus uir  
ecclesiæ.

abscindantur, q. d. si omnino uolūt circumcidi, opto, ut & abscindātur, & sint eunuchi illi amputatis testiculis & ueretro, id est, qui docere & gignere filios spirituales nequeunt, extra ecclesiam eijciendi. Episcopus enim, immo Christus uir est ecclesiæ, quam fœcundat semine uerbi dei, per testiculos suos, & ueretro suum, pudicitia & sanctitate plenissima. Impiorum autē abscindendi sunt, quod alienum semen & adulterinū uerbum seminant.

Vos enim in libertatem uocati estis fratres, tantum, ne libertatem in occasionem carni: S V B A V D I: detis.

Nam uerbum Detis, per reticentiā, non posuit.

Sed per charitatem seruite inuicem.

Lex facit ser-  
uos. Fides li-  
beros.

Alij, per charitatē spiritus seruite inuicem, parumq; refert. Ea quæ hinc Origenes, referente d. Hiero. de obscuritate, de carne legis cōmīniscitur, nec intel- ligo, nec sequor. Mihi plana uideē apostoli sententiā & consequentiā. Quia uos (inquit) uocati estis in libertatē: hoc est, de seruitute legis, in libertatē gratiæ. De qua, quia toties illi titubant, cogor toties & ipse loqui. Lex (inquam) facit seruos, quæ timore minarū, & amore promissorū, non gratuito ab illis im- pletur, & sic non impletur. Non impleta autē, reos tenet, & seruos peccati. Fi- des autē facit, ut accepta charitate, neq; coacti, neq; allecti temporaliter, sed li- bere ac stabiliter legem faciamus. Circūcidi ergo, seruitutis est, sed diligere p- ximum, libertatis: quia illud minante lege fit ab inuitis, hoc fluente ac hilare- scente charitate agitur a spontaneis. Porro illud, tantū ne libertatē, in occasi- onem carni, ideo dicit: ne iuxta stultam opinionē, eam libertatē intelligamus, qua cuiq; ut libitū est, licitum, & liberū esse cupimus. Quo modo & Rho. vj. occurrit, quando eandē libertatē docens, dicit: Nō estis sub lege, sed sub gratia hic libertas asseritur a lege, sed mox sibi ipsi opponit. Quid ergo peccabimus, quia nō sumus sub lege? Absit. hoc est quod hinc dicit, occasionem carni fieri, si sic libertas acciperet carnaliter: nō sumus liberi a lege humano more (ut dixi supra) quo lex tollitur & mutat, sed diuino & theologico, quo nos mutamur, & ex hostibus legis efficimur amici legis. In hanc sententiā & j. Pe. ij. dicit: quasi liberi, & nō quasi uelamen habētes nequitie libertatē, sed sicut serui dei.

Libertas di-  
uina.

NOTA

Libertas nō  
est licētia pec-  
candi.

Ecce occasio carnis quid sit, uelamē nequitie, qua quia nulla iam lege tenentē putant se nō debere bona operari, & bene uiuere: cum potius id agat libertas, ut iam non coacte, sed hilariter & gratuito bona operemur. Sed & hoc loco ipsemet apostolus hanc libertatē dicit seruitutē charitatis esse: seruite (inquit) p- charitatē inuicem. Hæc est enim libertas, quod nō nisi proximū diligere debe- mus. Dilectio autē omnia facillime docet bene fieri, sine qua nihil satis doceri potest. Proinde uide stultos, si per libertatē, qua a lege & peccato liberamur intelligūt dari licentiā ad peccandū: Cur non rursus per libertatē, qua a iusti- tia liberi fiunt, etiam intelligunt dari licentiā ad bene operandū? Si em̄ recte inferri putāt, solutus sum a peccato, ergo faciā peccatū: etiam inferri debet, so- lutus sum a iustitia, ergo faciā iustitiam; Si hoc non sequit, neq; illud. Venit hæc stulta imaginatio ex humano sensu, & usu propriæ iustificatiōis (ut dixi) quia humana iustificatio per opera fit: ideo libertas & otium iustitiæ, post finē acquisitæ iustitiæ intelligit. At fidei iustitia ante opera donatur, & ipsa prin- cipiū est operum, ideo est libertas faciendī, sicut illa est libertas omittendī, lon- ge cōtrario modo sese habentes ambq; sicut Isa. lv. dicit: Quo modo exaltantē cœli



coeli a terra, sic exaltata sunt uia meae a uis uestris. Ista ergo carnalis imaginatio, libertatem iustitiae, potius intelligit seruitutem odiosam: odit enim legem & opera eius; ideo non aliam libertatem metitur, quam ut lex mutetur & tollatur, odio suo manente. Non ergo carni; hoc loco allegorice, sed proprie accipitur pro uitijs carnis, seu carne, in qua sunt uitia, quibus mouemur ad quaerenda ea, quae nostra sunt, & negligenda ea, quae proximi sunt. Hoc est autem contra charitatem, & qui sic libertate utitur, in occasione carnis utitur: ut caro, iam libertate donata, occasionem habeat suis desiderijs seruendi, contempto proximo.

Carnal' Imaginatio peccat.

Occasio carnis.

Omnis enim lex in uno sermone hoc impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Leuiti. ix. Idem Rhom. xiiij. dicit: Nulli quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Graece pro instauratur, capitulatur, seu summatur, ut Hieron. in uarijs locis transfert, ideo & hoc loco uerbum impletur, intelligi debet, summatur, comprehenditur. Quod ideo dico, ne quis apostolum putet docere, per nouam legem sic impleri ueterem, quod illa sit spiritalis intelligentia, & spiritalia uerba, cum sola gratia sit plenitudo legis; & uerba, uerba non implent, sed res implent uerba, & uirtutes confirmant sermonem; alioquin hoc praecipuum diligendi proximi spiritalissimum, nonne Leui. xix. scribitur: Summatum ergo hoc uerbo omnis lex, sed gratia impletur. Igitur in libertate uocati sumus, omnem legem facimus, si proximus ea opus habeat, huic uni charitate seruiamus. Quare recte superius dictum est, Seruitutem spiritus, & libertatem peccati seu legis eandem esse, sicut seruitutem peccati & legis esse eandem cum libertate iustitiae, seu a iustitia & spiritu. Itur de seruitute in seruitute, de libertate in libertatem; hoc est, de peccato ad gratiam, de timore poenarum ad amorem iustitiae, de lege ad legis plenitudinem, de uerbo ad rem, de figura ad ueritatem, de signo ad substantiam, de Mose ad Christum, de carne ad spiritum, de mundo ad patrem, omnia haec similia fiunt. Quando autem hoc praecipuum ab apostolo summa summarum uocatur omnium legum; & in hoc uno capitulo charitatis, omnia concluduntur (ut Hierony. transfert) illi paulisper immorandum est.

Impletur.

De praecipuo dilectionis. NOTA.

Primum, quod multi describunt, quid loquendum, quid ferendum, quid cogitandum; nempe multa sunt, quae erga homines inuicem fieri possunt, tot sensibus, tot membris, tot obiectis, tot casibus; ita ut legum & librorum faciendorum non sit finis. quantis enim praecipuis sola indiget lingua; quantis oculis; quantis aures; quantis manus; quantis gustus; quantis tactus; Deinde, quantis res familiaris; quantis amici; O reptilia, quorum non est numerus. Si non credis, uide iurium & legum hodie infelicissimum studium. At hoc praecipuum quanto compendio, quanto efficaciter omnia absoluit, ad caput, ad fontem, ad radicem horum omnium mittit manum, ad cor inquam, unde iuxta Sapientiam aut uita, aut mors procedit. Siquidem inter opera hominis, alia magis, uel interiora, uel exteriora, nullum uero inuicem est dilectione, ultra quam nihil in humano corde secretius inuenitur. Quo affectu in rectitudinem posito, iam nullis praecipuis indigent alia membra. Omnia enim ex hoc affectu fluunt, qualis hic, talia & omnia, sine quo alia uniuersa sunt labores stulti, de quibus Eccle. x. Labor stultorum affliget eos. Contra Prouer. xiiij. Doctrina prudentium facilis. Hinc in prophetis

Affectio charitatis

Ss iustitiae



iusiitiam hominum labor & dolor appellantur. Psal. vii. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Item, Conuertetur dolor in caput eius. Et alio psal. Labor labiorum ipsorum operiet eos. Et. ix. Sub lingua eius labor & dolor. Sic enim Auen hebraicum, nunc dolor, nunc labor transfertur: quod iniquitatem, seu rectius iustitiam illam impiam legum & operum significat, quæ nunquam cor hominis quietat. Inde est usitatum hoc uocabulum Bethauren, id est domus idoli. Sic enim illam propheta appellat, in qua Hieroboam uitulos aureos statuit, & peccare fecit Israel. Quia in his iustitijs, sine charitate, multum est operæ & laboris, sed nullus fructus. Vnde B. Hierony. hoc loco deplorat eos di. At nunc cum omnia difficiliora sunt, uel modica ex parte facimus. Hoc solum non facimus, quod & factu facilius est, & absque quo cassa sunt uniuersa quæ facimus. Ieiunij corpus sentit iniuriam, uigiliae carne macerant, eleemosynæ labore quaeruntur, & sanguis in martyrio, quauis ardeat fides, tamen sine dolore & timore non funditur. Hæc omnia sunt, qui faciunt: sola charitas sine labore est & c.

## NOTA

Quid putas dixisset, si nostro seculo uidisset, multitudinem legum & superstitionum, nedum sine labore esse charitatem, sed penitus extinctam? Neque enim, meo iudicio, charitati aliud potest perniciosius oriri, quam legum & traditionum copia, quibus homines seducuntur in opera, & iustitijs hominum occupantur, ut charitatis etiam cogantur obliuisci. Iam igitur emphasin & epitalin uerborum uideamus. Primo, nobilissimam describit uirtutem, puta dilectionem. Non enim

Nihil penitiosius charitati & tyranni de humana re legum.

Nobilis. uirtus dilectio.

Personarum differentia.

Dilectio proximi.

Ad dilectionis amulsum oia dirigenda

(inquit) affabilis esto proximo tuo, da ei manum, benefac, saluta, aut ullum aliud opus externum, sed diliges. Siquidem sunt, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Deinde nobilissimum depingit obiectum, quia detractis omnibus personis, dicit proximum tuum. Non dicit, diliges diuitem, potentem, doctum, sapientem, probum, iustum, formosum, iucundum & c. sed absolute, proximum tuum. Per hoc ipsum declarans, nos omnes esse quidem diuersos personis ac conditionibus coram hominibus, uerum unius massæ, & æqualis opinionis apud deum. Personarum enim differentia obseruata, penitus extinguit hoc præceptum: ut qui indoctos, pauperes, infirmos, humiles, stultos, peccatores, difficiles fastidiunt: hi enim non homines, sed laruas & facies eorum considerant, atque ita falluntur. Tertio, nobilissimum exhibet exemplum utriusque huius, sicut te ipsum (inquit). Caterarum legum exempla extra nos petenda sunt, hoc intra nos nobis monstratur. Deinde externa exempla, quia non sentiuntur, neque uiuunt, non satis mouent. Hoc autem exemplum intus sentitur, uiuit, ac efficacissime docet: non literis, non uocibus, non cogitationibus, sed ipso experientiae sensu. Quis enim non sentit uitaliter, quam se ipsum diligit, quam omnia quaerat, cogitet, tentet, quæ sibi salutaria, honesta, necessaria sunt? At uniuersus hic sensus uiuus est iudex, intimum monitorium, presentissimum documentum, quid proximo debeas, nempe eadem, eodemque affectu. Quid est ergo, quod multis libris occupamur? Quid multos magistros quaerimus? Quid operibus & iustitijs laboramus? Ad huius intimi sensus & affectus amulsum, omnes leges, omnes libri, omnia opa exigenda sunt. In hoc exercitandus Christianus homo, per omnia opera, per totam uitam. Non potuit igitur efficacius tradi exemplum huius doctrinae dignæ: quia hoc non uidemus & audimus, sicut ceterarum legum exempla, sed experimur & uiuimus: nec unquam nos ab ipso, & ipsum a nobis abesse potest. Nec dignius tradi obiectum, quam proximus tuus, id est, simillimus & cognatissimus tuus. Nec perfectius tradi uirtutis genus, quam dilectio, quæ est fons omnium bonorum: sicut radix omnium malorum cum

rum cu



rū cupiditas. Et sunt plane omnia summa in isto breuissimo præcepto, ut ue-  
rissime sit summa, caput, perfectio, finis omnium legū, sine quo omnes merito  
nihil sunt. Nihil est ergo quod queraris te nescire, quid aut quantū debeas p-  
ximo tuo. Pereāt acutē illa magistrorū distinctiones. Prope est uerbū in corde  
tuo, tam crassis scriptum literis, ut palpare queas, ut qui uiuas & sentias hāc re-  
gulam; Sicut te ipsum (inquit) diligas, non minus q̄ te diligas. Quantū autē te  
diligas, nemo tibi melius dixerit, q̄ tu ipse; qui hoc ipsum sentias, q̄d ab alio  
non nisi diuinari tibi potest: Ideo nec ullus melius dixerit tibi, q̄ tu ipse, quid  
faciendum, dicendū, optandū sit proximo tuo. Hic em̄ locum non habet pro  
uerbium, Pessimum esse magistrū suū ipsius; immo optimus, & minime omnium  
fallax magister tuū ipsius hic fueris, cæteris omnibus fallacibus, adeo facilis & p-  
pe posita est lex dei, ut nullus possit excusari, si non bene uixerit.

Summa legū

Prouerbiū

Et prohdolor, quod hæc res hodie ita negligitur tam prædicantibus, q̄ au-  
diētibus, cū interim tot scateant erucæ & locustæ, immo sanguisugæ, qui indul-  
gentias, uigilias, oblationes, fabricas ecclesiarū, institutiones altarium, memo-  
riarum, anniuersariorum, & reliqua id genus plus quæstui, q̄ charitati seruien-  
tia, commēdent, inclament, ingeminent, & inculcent semper, ea prætermissa,  
quæ sola operit multitudinē peccatorum charitate fraterna.

In quæstua-  
rios nostræ  
ætatis.

Consequēs est, Theologos istos recte quidem dicere, qui nullum opus sine  
charitate bonum esse asserunt; Verū omnium pessime docent, quando dicunt,  
nos nescire quando sumus in charitate. Cogunt sane nos imaginari charita-  
tem esse uelut quietam, latentemq̄ qualitātē in anima. Quo somnio quid mo-  
liuntur, nisi quod negant nos sentire præsentissimum, & uiuacissimum illud  
quod in nobis est, ipsum uidelicet pulsū uitæ; hoc est, affectū cordis: An quē-  
dam Sossiam Plautinum ex nobis facit iste Mercurius, ut nos ipsos neq̄ sentia-  
mus, neq̄ agnoscamus? Non possum, obsecro sentire, an mihi placeat, uel dis-  
pliceat alter? Cur ergo criminor aut laudo, uel fastiditum, uel amatū? An etiā  
non sentio me maledicere, malefacere, bene dicere, benefacere? At (inquit)  
naturalis iste potest affectus esse, natura autem gratiæ fallacissima æmula est.

Charitas nō  
ignoratur.

Sossias.

Respondeo, fateor, natura uehementer æmulatur gratiam, sed non nisi usq̄  
ad crucem; a cruce uero in totum diuersa, immo contraria sentit, & gratiæ hosti-  
lissime repugnat. Crucem autem uoco aduersitatem. Tam diu enim diligit,  
laudat, benefacit, benedicit natura, quamdiu non fuerit offensa. At ubi læseris,  
aut uoluntati eius restiteris, iam facit natura opus suum, & excedit eius amor,  
uertiturq̄ in odium, clamorem, maliciam &c. Hæsit enim in facie, non in ue-  
ritate; dilexit personam & speciem, non rem ipsam. Amica fuit non proximo,  
sed proximi bonis & rebus. Charitas autem nunq̄ excidit, omnia suffert, om-  
nia credit, omnia sustinet, æque diligit hostem ut amicum, nec mutatur muta-  
to proximo. Sicut enim proximus manet, proximus quātumlibet uarietur; Ita  
charitas manet charitas, quātumlibet uel lædat, uel iuuetur. Itaq̄ crux est pro-  
batio, & lydius (quod aiunt) lapis charitatis, in qua non est, quod dicas qualita-  
tem esse latentem, neq̄ te nosse, neq̄ sentire, an diligas proximum tuum. Si  
ibi sentis te dulcem affectum seruare, ne dubitas, natura superior es, & charita-  
te Christus te donauit; Si amarescis, naturam agnosce, & charitatem quære.

Natura quo  
usq̄ gratiam  
æmulatur.Cruis proba-  
tio charitatis

Amor naturæ quærit esse dulcis & quietus, immo, ut poeta ait, amicitias uti-  
litate probat, sua quærens, & solum recipere bonū intentus. At charitas for-  
tis amor est, in mediā turbatione perseverans, amicitias officijs suis probans;  
quærens quæ aliorum sunt; nō recipere sed dare prompta; immo uera charitas

Ss ij bona



bona tribuit, mala recipit. Carnalitas uero bona recipit, mala tribuit, aut saltē fugit. Caue etiam ab ijs, qui orationem, aut quodlibet opus in charitate fieri sic cogitant, quod nullo respectu ad proximum habito fiat; modo ex qualitate illa intus præsente & latēte procedat. Rudissimus immo perniciosissimus iste sensus. Tunc potius oras in charitate, quando dulci affectu in fratrem, uel amicum, uel inimicum motus, pro eo oras. Tunc bene dicis in charitate, quando detractori resistis, nulla alia causa, quā quia fratrem, amicum, uel inimicum, animo complexus, non potes ferre, ut eius fama polluatur. Nulla (inquam) spe uel gloria, uel amicitia, sed puræ beniuolentiæ, qua illi bonum optas. Sic cetera omnia in charitate facis, quando in eis non nisi bonum & commodum proximi tui, prorsus cuiuslibet, amici uel inimici spectas. Ecce hæc eruditio docebit te, quantus sis in Christianismo. Hic inuenies quos diligas & non diligas quantum proficias aut deficias. Nam si unum habes, in quem non es dulcis affectu, iam nihil es, etiam si miracula opereris. Hac denique regula discas tu ipse, sine magistro discernere, inter opera & opera bona. Clare tunc tu uidebis melius esse proximo bene uelle, bene dicere, bene facere, & totā uitā tuā facere ut sit seruitus proximi in charitate (ut apł's paulo supra dixit) quā si oīm oēs ecclesias edificares, oīm monasteriorū merita haberes, oīm prorsus sanctorū miracula faceres, absque hoc quod proximo in ijs seruires. Ecce hæc est doctrina, quā hodie non modo ignorant, sed suis traditionibus uelut copijs infinitis penitus expugnant. Quorum institutum hoc est, ut proximum nunquam, nisi personalem doceant diligere; dum inter opera tantum digladiantur, & facies distinguunt. Nec minus caute intelligenda est, uulgarissima illa distinctio, legis naturæ, legis scriptæ, legis euangelicæ. Cum enim apostolus hic dicat, omnes in uno & in summa cōuenire. Certe charitas omnis legis finis est, ut. j. Timoth. j. dicit. Sed & Christus Matth. vj. illam legem naturæ (ut uocant) Omnia quæ uultis, ut faciāt uobis homines, & uos facite illis. expresse eandem facit cum lege & prophetis, dicens: Hæc enim lex est & propheta. Cum autem ipse euangelium doceat, clarum est, tres has leges, non tam officio quā falso sensu intelligentium differre.

Proinde hæc lex scripta, Diliges proximum tuum sicut teipsum, prorsus idē dicit, quod lex naturæ: Quæ uultis ut faciant uobis homines (hoc enim est seipsum diligere) eadem facite uos illis (hoc certe est, sicut scriptum, ita diligere & alios, ut claret). At quid aliud totum euangelium quoque docet? Igitur una est lex, quæ transiit per omnia secula, omnibus nota hominibus, scripta in omnium cordibus, nec excusabilem relinquit ullum ab initio usque in finem; licet iudæis accesserint ceremoniæ, tum alijs gentibus suæ propriæ leges, quæ non uniuersum mundum obligabant; sed hæc sola quam spiritus dicitur in cordibus omnium sine intermissione. Illud quoque diligentissime obseruandum, quod ex huius præcepti uerbis aliquot patres sumplerunt hanc opinionem, Quod ordinata charitas incipit a seipso, quia (inquiunt) dilectio sui præscribitur regula, qua diligere debeas proximum tuum. Hæc existimabam ut intelligerem sed labor est ante me nulli præiudicabo, sed meā temeritatem reuelabo. Ego præceptum hoc sic intelligo, ut non præcipiatur amor sui, sed amor proximi tantum. Primo, quod amor sui ipsius per se in omnibus est. Deinde, quod si hunc ordinem uoluisset, dixisset: Diligas te, & proximum tuum sicut teipsum. At nunc dicit: Diliges proximum tuum sicut teipsum, id est, sicut iam teipsum diligis citra præceptum. Sed & Apostolus Paulus. j. Corinth. xij. hoc tribuit charitati, quod non querit quæ sua sunt, prorsus abnegans amorem sui. Christus præ

In charitate  
facere.

NOTA

Nota christi  
anissima do  
ctrinam.

Lex una omni  
bus omni tpe

Charitas quæ  
modo incipit  
& ubi.



stus præcipit abnegari seipsum, & odisse animam suam. Et Philippen. ij. clare dicit: Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorū. Deniq; si homo sui ipsius rectam charitatem haberet, tam gratia dei non egeret, quia eadem charitas, si recta est, se & proximum diligit. Non enim aliam, sed eandem esse, præceptum hoc iubet. At (ut dixi) præceptum prærequirit hominem seipsum diligere; Et Christus, quando Matth. vj. dicit, Omnia quæcunq; uultis, ut faciant uobis homines, certe declarat iam inesse eis uoluntatē & amorem sui, nec præcipit ibi eandē, ut claret. Quare pro mea temeritate (ut dixi) uidetur præceptum loqui, de peruerso amore, quo quisq; oblitus proximi, ea tantū quærit, quæ sua sunt; qui tunc rectus sit, si rursus seipsum oblitus, proximo tantū seruiat. Hoc & membra corporis indicant, quorū quodlibet alteri seruit suo periculo. Nam manus pro capite pugnat, & læsiones excipit; pedes in lutū, aquā ruunt, pro corpore redimendo. Sed & periculosissime nutritur affectus proprii commodi, sub isto ordine charitatis, quem tamen Christus hoc præcepto funditus perdere uoluit. Quod si omnino amorem sui, hic primum ordinari cōcedendū est, certe altius ascendam, & dicam amorem eiusmodi semper iniquū esse, dum fuerit in seipso, nec esse bonum, nisi extra seipsum sit in deo; hoc est, ut uoluntate mei & amore mei prorsus mortuo, nihil queram, nisi purissimam uoluntatem in me fieri, promptus ad mortem, ad uitam, & ad omnem formam figuli mei, quod est arduum & difficillimū, naturæq; impossibile. Hic em̄ amorem non in me, sed in deo; non in uoluntate mea, sed in uoluntate dei. Atq; ita tum diligam & proximum sicut meipsum, optans & faciēs ut sola uolūtas dei in eo fiat, non autem ipsius ullo modo. Verum sic non intellexisse illos credo, nec de hoc amore proprie præceptū loqui uidetur. Quare quæq; monitum uolo, caueat ab his gentilibus doctrinis, Proximus esto tibi, & similibus; peruersæ enim sunt, & cōtra uim grammaticæ quoq; tortæ. Nam proximus non nisi ad alterum dicitur, ideo proximus esto alteri, dicendū est Christiano, ut & hoc præceptum indicat. At hic quæritur, Quomodo omnis lex in uno isto præcepto comprehendatur, præsertim Veteris testamenti, tot ritus, tot ceremoniæ? Nunquid enim qui diligit proximum eadem illa facit? Nam decalogi præcepta in eo comprehendī, nihil est difficultatis, ut ex apostolo Rhōm. xij. deductum est, Verum quis modo mactat pecora, circūciditur seruat tempora & annos &c. sicut seruamus honorē parentibus, non occidimus, non adulteramus, non furamur &c. S. Hieron. suo more spiritaliter impleri leges ceremoniales sentit. Verum quid de legibus gentium aliarum dicemus, quas similiter apostoli, & ipse adeo Christus seruari mandauerunt? Deniq; apostolum hoc modo æquiuocū faciemus, ut qui alio modo decalogum, & alio ceremonias impleri doceat, eodem utens uerbo. Ego superioribus meis consentiens, dico. Accepto ex fide auditu charitatis spiritu, omnia alia facta esse licita, quæcūq; ceremonialiter & humaniter statuuntur, siue apud Iudæos, siue gentes, Nec esse seruanda, q̄ salus sit in eis seruatis, aut operibus eorum; sed quod pro charitate seruanda sunt, propter eos, cum quibus uiuendum est nobis, donec ipsi easdem seruari a nobis exigunt, ne pax soluatur in schismata & seditiones, nā charitas omnia suffert. Neq; in his adeo timendum, ne contra ipsas leges ueniatur q̄ ne offendatur ijs, qui secundū eas uiuunt, quorum uotis nos iubet charitas seruire. Ideo si deus legis ceremonias uoluisset durare, aut si pro necessitate alia qua, unum uel plures ex eis seruire oporteat, omnino faciendū est: At postq̄ eas abrogauit, nihil nos ligant, ita seruiendum est legibus imperialibus, pon-

Vide quid dicat.

Corporis membra.

Nota theologiam.

Cauere

Quæsto.

Libera charitas.

Legibus quatenus obseruandum.



tificijs, municipalibus, politicis, ac prouincialib<sup>9</sup>: solū ne eos (ut Christus ait) scandalisemus, & charitatem & pacem laedamus. Ac sic clare pater, quod ne cogitari quidem lex potest, quæ non sit complexa in charitate. Nam sine omni dubio, si tu quicquam statuisses, uelles tibi obtemperari: quare lege naturæ & charitatis urgeris, & alteri id præstare, præsertim deo & uicarijs potestatis dei: modo id cures, ne in his hominum præceptis salutem constituas, sed seruie dum tibi intelligas alijs per charitatē. Verum contra, ipsi legislatores multo magis debitores sunt charitati, ut quando uiderint leges suas esse onerosas subditis, aut etiam noxias, curent omnibus modis aliorum cōmodo seruire, & eas abrogare. Multo autē maxime, hoc ad Ecclesiasticos pertinet legislatores; Nā ipsi absq; dubio, nollent uel una syllaba legis onerari: quod nisi & alijs præstitertint, non Pontifices sed tyranni sunt: imponentes importabilia hominibus, quæ nec digito ipsi uolūt attingere. Hinc intelligis, mi lector, cur leges quædam pontificias, soleam tyrannides appellare, quod hodie plurimis & iustissimis causis abrogandæ sunt. Primum, quod onerosæ & odiosæ sunt toti orbī terrarum, cui credendum est per pontifices. Deinde quod mere laquei sunt pecuniarum, & per dispensationes impudenter uenduntur. Tertio, quod impietati seruiunt, interim ueram iustitiam, in qua salus est, & charitatem funditus perdentes. Seruandę tamen sunt, ubi scandalo fuerit earum contemptus propter charitatem. In fine, iterum clarere satis puto, apostolum non de ceremonialibus tantum legibus loqui, sed prorsus de omnibus. Charitas enim fide accepta, omnes implet hilariter & libere (quod est uere eas implere) & nō in ipsas, ipsarūq; opera fiducia statuit salutis, quod est seruiliter, & nullā implere.

Leges abroganda.

Quod si inuicem mordetis & comeditis, uidete, ne ab inuicem cōsumamini.

Charitatis defectus nocet ubiq;

In omnibus epistolis apostolus suafurus charitatē, simul fere adiungit, ut unum sapiant: ut de donis differenter eis collatis, nō inflentur, alter aduersus alterum. Nam sic Rho. xij. & j. Corin. xij. proponit imaginem corporis & membrorum, quomodo membra pro inuicem sollicita sint, & alterum alteri seruiat ac non laedat. Scit apostolus, homines esse Galatas, & dona, quanto fuerint insigniora, tanto sunt nocentiora, si desit charitas. Scientia inflat, inflat potestatis administratio, inflant prorsus omnia, præter charitatē, quæ edificat. Hac sola recte omnib<sup>9</sup> utitur, quia omnibus donis dei, nō sibi placet, sed alijs seruit. Vbi hæc nō adest, ibi contētio, līs & iurgia, atq; ut Rho. xij. dicit: Sapere nō ad sobrietatē, & sapere plusq; oportet. Hoc (inquā) malū, mihi uidetur hoc loco apostolus tāgere, quod maxime seruituti charitatis repugnat. Dū enim quisq; de dono sibi dato inflatur, nec quō in hoc alteri seruiat, cogitat, sed quō p̄feratur: necesse est, ut cōtentio & amulatio insurgat, mutuusq; contemptus, detrahtio, cōdemnatio, temerariū iudiciū, ira, inuidia, clamor, malicia &c. Eandē sententiā Ephe. iij. & Philip. ij. late p̄sequitur, nā hic breuiter transit.

Est ergo sensus, scio uos homines esse, tentari posse, dum alter altero præstātor cupit uideri, nec boni uultis esse ministratores multiformis gratiæ dei in uobis. Verum curate ne detrahatis, ne mordeatis inuicem, ne cōsenseritis tentationi huiusmodi: sed (ut dixi) per charitatem seruite inuicem, unusquisq; in dono quo abundat, alius in docendo, alius in tribuendo, ut Rhoma. xij. latius Non autem ut is, qui docet, inflatur cōtra eum, qui tribuere potest, quod forte non tribuerit quantum uolet, nec qui tribuere potest, contra eum, quod forte



forte sibi nō egere uideatur illius doctrina; sic in ceteris omnibus donis. Nam (ut dixi) inflatio eiusmodi proxima est ihs, qui aliquid possunt, ut aliorum se nō egere gloriantur; ac sic non inuicem seruiant in charitate, sed consumētur mutuo contemptu, odio, superbia, detractioe &c.

Dico autem, spiritu ambulate, & desyderia carnis non perficietis.

Vult dicere, hoc quod dixi, ne uos morderetis & comederetis, tantum est, quod uolo, uos spiritu uiuere, tum fiet, ut eiusmodi non perficietis. Scio in uobis eiusmodi desyderia aliquādo cōcitari, uerū ne obtemperetis, sed spiritu ambulate, hoc est, proficite & magis spirituales efficiamini; ut Rho. viij. eadē sententia dicit; si secundū carnem uixeritis, moriemini; si autē spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Spiritu facta carnis mortificari dicit, hic spiritu ambulare, & resistere tentationi, ac mordeat & moriantur. Impossibile est, nō moueri, nos ad mordendū & comedendū; uerū motibus istis, spiritu resistendū est.

Non moueri  
impossibile.

Mordere  
Comedere.

Est autem pulchra hęc allegoria, mordere & comedere, in sacris litteris frequentissima. Inde in psal. Filij hominū dentes eorum arma & sagittæ. Et. iij. Dentes peccatorū contriuisi, Et Prouerb. xxx. Generatio, quæ habet pro dentibus gladios, & molaribus suis cōmandit, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Inde uerbum deuorare. Prouerb. j. Deglutiamus eum sicut infernus uiuentem. Et psal. lj. Dilexisti uerba præcipitationis (id est, deuotionis, absorptionis) lingua dolosa. Videtur autē per mordere, criminatio, detractio, uituperia intelligere; per comedere, uindictam & oppressio, nem, ex altera parte; per consumari, utriusq; perditionem. Nota uim uerbi, Non perficietis, inquit. Nam inter facere & perficere desyderia carnis uel spiritus sensu Paulino (ut est apud b. Aug. lib. iij. contra Iul. c. ult.) hoc interest, quod facere concupiscentias, est eas habere, titillari, & moueri ab illis, siue ad iram, siue libidinem. Sed perficere, est eis consentire, & eas implere, hęc sunt opera carnis, Sed eas nō habere, aut nō facere, tūc erit secundū b. Aug. li. j. Rhet. xxiiij. quando nec mortale carnem habebimus. Inde omnes sanctos dicit esse adhuc carnales ex parte, licet secundū hominē interiorem sint spirituales, lib. vj. contra Iul. sic cōcupiscentia spiritus ipsa charitas, concupiscit ut possit nō concupiscere secundū carnē, sed nō perficit, quia nō potest nō habere carnis cōcupiscentiā. Et, ut interim moneam, concupiscentiā carnis uocat, non tantum libidinem, sed omnīū operum, quæ statim enumerabit. Igitur uerba Aug. sunt Non perficiunt carnis desyderia, si non consentiat eis, quæ agantur motibus non tamen perficiuntur operibus; ideo dixit ad Rho. Velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Quia facere bonū est post cōcupiscentias nō ire, perficere autem bonum est, non concupiscere. Sic cōcupiscentiæ carnis non perficiuntur, quæ siant; nec nostra bona opera perficiuntur, quæ siant. Ex quibus omnibus patet, quid sit uita christiana. Nempe tentatio, militia & agon. Et quomodo instituendi sunt, qui uarijs tentantur impulsibus, ut non desperent, si se nondum senserint liberos a malis motibus cuiuscūq; peccati. Sic Rho. xij. Et carnis curā ne feceritis, in desyderijs eius. Et Rho. vij. Non regnet peccatū in mortali corpore uestro, ad obediendū concupiscentijs eius. Non cōcupiscere nemo potest, sed non obedire concupiscentijs possumus. Hęc diligentijs & latius retulī, propter improprietates meos, qui negant omnem actū bonum, adhuc simul ex parte malum esse, & peccatum concupiscentiæ, dicunt esse peccatum improprie dictum.

Desyderia  
habere &  
perficere.

Inter facere  
& perficere desyderia carnis & spūs, scdm Aug. interest.

Concupiscentiā carnis, nō tantū libidinem dicit.

Vita christiana.



Bonū fieri  
perfici.

Verū tu apostolo & Augustino crede, qui dicunt: bonum fieri, sed nō perfici.

Impro  
priū

Fieri autē bonū, bonū est: sed non perfici, malum est. Quia lex dei perfici de/  
bet, a qua omnes sancti deficiūt, & ita in omni opere peccāt. Nec est peccatū  
improprie, sed uere peccatū: quia nō est improprie gratia, nec improprie deus,  
nec improprie Christus, nec improprie spiritus sanctus, qui hęc remittit & ex/  
purgat. Verū est quidē, quod teste Augu. in baptismo reatus transijt peccati:  
sed actus tamen mansit, hoc est, quod deus (iuxta psalmū. xxxj.) non imputat,  
sed sanat, qui si imputare uellet, sicut uere & iuste posset, totū mortale & dam/  
nabile esset.

Caro em̄ cōcupiscit aduersus spiritū: spiritus autē aduersus carnem.

Sicut spiritus hoc loco non significat solam castitatē: ita necesse est, ut caro  
non solam significet libidinem, hoc pro necessitate: quia in ueterauit usus fere  
apud omnes, carnis concupiscentiā, pro libidine tantū accipi: quo usu aposto/  
lus intelligi non posset. Hanc sententiā Rho. viij. egregie tractans, & copio/  
sius declarans dicit. Condelector enim legi dei secundū interiorē hominē: ut/  
deo autē aliam legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meę, captiuantē  
me in legē peccati, quę est in mēbris meis &c. Non enim hęc in psona alio/  
rum locutus est Paulus. Sicut b. Aug. lib. vj. contra Iul. c. xj. dicit, se aliquando  
intellexisse, immo non intellexisse. Manicheos autem dicit & Pelagianos sic  
intellexisse. Sic b. Petrus c. ij. ep̄la. j. Obsecro uos tanq̄ aduenas & peregrinos  
abstinere uos a carnalibus desiderijs, quę militāt aduersus animā. D. Hiero.  
hoc loco profunde se quęstioni inuoluit, quō inter spiritū & carnē, mediū in/  
ueniat, & mediā opa. Et suū Origenē secutus, spiritū, animā, carnē distinguit:  
inde spiritū, animalē, & carnalē hominē distribuit. Et q̄q̄ ista trinitas ui/  
deatur statui ex illo. j. Thessa. ult. ut integer spiritus uester, & anima, & corp⁹  
seruet &c. tamen nec accedere, nec recedere audeo, tum quod spiritū & animā  
manifeste pro eodem accipit Petrus in dicto loco: appellans animam, contra  
quā militēt desideria, ubi contra spiritum concupiscere carnem dicit Paulus.  
Et hominē carnalem ac animalē mihi pro eodem apostolus uidetur accipere.

De triplici  
hoīe spiritali  
aiali, carnali.

Caro  
Anima  
Spiritus  
Crassissima  
similitudo.

Ego mea temeritate, carnem, animā, spiritū prorsus nō separo. Non enim ca/  
ro concupiscit, nisi per animā & spiritū, quo uiuit: sed spiritū & carnē intelligo  
totū hominē, maxime ipsam animā. Breuiter, ut dem crassissimā similitudi/  
nē, sicut carnē sautiā aut morbosam, utrūq̄ appello, sanam & morbidā (neq̄  
enim ulla est tota morbus) quę inquantū incipit sanari, & sana est, sanitas uo/  
cator: ubi uero uulnus, aut morbus reliquus est, morbus uocatur: atq̄ ut mor/  
bus seu uulnus, reliquam sanam carnem impedit, ne perfecte faciat, quod caro  
sana faceret: Ita idem homo, eadem anima, idem spiritus hominis, quia affe/  
ctū carnis mixtus & uitiat⁹ est: quatenus sapit quę dei sunt, spūs est, quaten⁹  
carnis mouet illecebris, caro est, quibus si consentit, totus caro est. ut Gen. viij.  
dicitur. Rursum, si consenserit totus legi, totus spiritus est, quod fiet, quando  
corpus erit spirituale. Non ergo duo isti homines, diuersi imaginandi sunt, sed  
uelut crepusculum matutinum, quod neq̄ dies, neq̄ nox est, utrūq̄ tamē dici  
potest, magis autem dies, ad quam de tenebris noctis uerget. Verū, longe pul/  
cherrime utrūq̄ ostēdit Semiuuius ille apud Lucā, qui a Samaritano suscept⁹  
quidem curari, nondū tamen plene sanus factus est. Ita & nos in ecclesia sana/  
mur quidem, sani autem plene non sumus: ob hoc caro, ob illud spiritus uoca/  
mur. Totus homo est qui castitatem amat, idem totus homo illecebris li/  
bidinis

Alia simili/  
tudo.

Exemplū se/  
miuui apud  
Lucam.



bidnis titillatur. Sunt duo toti homines, & unus totus homo: ita fit ut homo si  
 bippi pugnet contrariusq; sit, uult & non uult. Atq; hæc est gloria gratiæ dei, Sunt duo toti  
 hoies, & un<sup>o</sup>  
 totus homo.  
 quod nos fecit nobis ipsi hostes. Sic enim superat peccatum, sicut Gedeon su-  
 perauit Madian, gloriosissimo uidelicet triumpho, ut hostes seipsos trucidet.

Sic aqua uino infusa in altari, primū pugnat cum uino, donec absorbeatur,  
 & uinum fiat, ita gratia, & ut supra dictum est, fermentū in satis tribus abscon-  
 ditur, donec fermentetur totum.

Hæc autē sibi inuicē aduersantē, ut nō quæcūq; uultis, illa faciatis.

Vide audacem Apostolum, nihil timet ignem, negat liberum arbitrium, Liberum  
 arbitrium.  
 quod est mirabile in auribus nostris; dicit non posse fieri, quæ uolumus, cum  
 nos uoluntatē cōstituerimus (autore uel Aristotele) reginā & dominā omniū  
 uirium & actuum. Atq; hic error & hæresis maxima erat tolerabilis, si hoc di-  
 xisset de ijs, qui sunt extra gratiā. Nunc, ut nulla sit ei excusatio, quin combura-  
 tur, affirmat id de ijs qui spiritu gratiæ uiuunt. Idem Rho. vii. dicit. Ego autē  
 carnalis sum uenundatio sub peccato, quod uolo bonum, nō facio: quod nō  
 lo malum, hoc facio. Si iustus & sanctus sic queritur de peccato, ubi peccator  
 & impius apparebunt, cū operibus suis, de genere bonorū, & moraliter bonis.

Gratia dei nondum perfecit liberum arbitriū, & ipsummet seipsum liberum  
 faciet: quid insanimus? Satis dictum est, de diuersitate spiritus & carnis, Spūs & car<sup>o</sup>  
 pugnat.  
 netrum extinguit alterum in hac uita; & si spiritus in uitam carnem domet sibiq;  
 subijciat, quo fit, ut nemo audeat gloriari se mundū habere cor, aut mundum  
 esse a sordibus. Nō enim caro mea aliquid facit, quod nō ipse facere dicar, at si  
 cor immundū est, iam nec opus mundum est. Qualis em̄ arbor, talis & fructus

Quod iterū dico, contra improprietates, qui inueniunt in seipsis, actus bonos,  
 sine omni uitio, aut peccato improprie dicto uitiosos, suas opiniones Pauli tā  
 aperto textui opponentes. Non facitis (inquit) quæ uultis, propter carnis rebel-  
 lionem, repugnantē legi mentis uestræ, & spirituali uoluntati uestræ. Non  
 seruat apostolus hic distinctionē superius datam, inter facere & perficere, quia  
 non faciatis, pro non perficiatis, accipit, ut clarum est. Sed & Rho. vii. non ser-  
 uat quando dicit: quod uolo bonum, nō facio, id est, non perficio. At quando  
 dicit, quod odi malū, hoc facio, hic seruat eam distinctionē: quia facit malum,  
 sed non perficit. Quod si cui hæc distinctio August. non placet, aliter medite- Semp pecca-  
 tores.  
 tur: modo hunc sensum nō omittat, esse in nobis pugna spiritus & carnis, qua  
 impediti, nō implem<sup>o</sup> pfecte legē, ideoq; peccatores nos esse, quādiu in carne  
 sum<sup>o</sup>, atq; in omni ope bono, egere ignoscēte misericordia dei, & dicere: Non  
 intres in iudiciū, cū seruo tuo dñe, qā nō iustificabi<sup>o</sup> in cōspectu tuo oīs uiuēs.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Dixi (inquit) ut spiritu ambularetis, concupiscentiā spiritus sequeremini, re-  
 sistentes concupiscentiæ carnis, ne morderetis & comederetis inuicē, sed seruire  
 tis inuicē in charitate, quæ est plenitudo legis. Nam si hoc faciatis, & ita spiritu  
 ducimini, cōcupiscentiæq; spiritus obeditis. Ecce nō estis sub lege, nihil debe-  
 tis legi, sed impletis legem. Quid ergo rursus ad legē reuerti uolulistis? Quid  
 alia uia legem implere tentatis? Dixi satis supra, quod esse sub lege, est eam nō Esse sub lege  
 implere, aut seruiliter sine affectu hilari implere. Affectum autē hunc hilarem,  
 non lex, non natura, sed fides impetrat in Christo Iesu. Atq; hoc duci spiri- De<sup>o</sup> ignoscis  
 conanti.  
 tu, hoc obedire concupiscentiæ spiritus, hæc pugna & conatus (qui est tota  
 uita



uita nostra) facit, ut deus misericorditer ignoscat, quod illa nō facimus, quæ uolumus. Nondū enim spiritus sumus, sed spiritu ducimur. Nam Ioan. iij. Quod natū est ex spiritu, spiritus est, ostendit, quid esse debeamus: hic autē, quid sumus. Debemus esse spiritus, sed sumus adhuc in ductu, & ut sic dixerim, in formatione spiritus. Qui autem sunt sub lege, sunt & in operibus carnis: ut Rho. viij. Cum essemus in carne, passionēs peccatorū, quæ per legem erant, operabātur in membris nostris, ut fructificarent mortī. Ita Rho. viij. quoq;. Qui spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Nam hoc ducere & agere, idem est quod trahere de quo Ioan. vj. Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Item. xij. cum exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum, id est, suauiter mouebo, hilares & spontaneos faciē, spiritu cōcupiscentiā in eis suscitabo, quos Moses & lex, terroribus tristes & inuitos cogebāt, aut uelut pueros temporalibus promissis in terim fouebant. Sic sponsa Can. j. Trahe me post te, in odorē curremus unguē torū tuorū. q. d. Moses & propheta uerbo legis, trucibus minis, terrēt & urgēt, aridam & inuitā: tu autē uerbo gratiæ, & memoria exhibitā misericordiæ dulciter trahe, & unge suauiter. Odor enim unguētorū, Euangelij gratiæ dei est in quo olfit, id est, fide percipitur, unguentū gratiæ dei. Hinc illud Eccle. xxiij. In plateis sicut cynamomū & balsamū aromatizans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris. Et psal. xliij. Myrrha & gutta & casia, a uestimentis tuis. Sic Paulus, Odor bonus Christi sumus, alijs in uitam &c. Idem trahere etiā sibilare dicit apud Esaiam. vij. In die illa sibilabit dominus muscæ, quæ est in extremis sinibus Aegypti &c. id est, spiritu sancto afflabit, spiritum eorū excitabit ut concupiscant contra carnem &c. Sic. iij. Regū. xix. scribitur: Helias neq; in spiritu fortis, neq; in cōmōtione, neq; in igne (quæ omnia sunt terrores legis) sed in sibilo auræ tenuis sensisse dominum. Quia nō ex tristitia, aut necessitate, sed hilaritate ac suauitate impletur lex domini.

Qui spū dei aguntur, sunt filij dei. Trahere dei. Hoc ducere & agere, est trahere.

Odor unguētorū, euangelij est gratiæ dei.

Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia.

**NOTA** Hic omniū manifestissime patet, carnem non pro libidinosis accipi tantum cōcupiscentijs, sed pro omni prorsus eo, quod contrariū est spiritui gratiæ. Nā hæreses seu sectæ & dissensiones sunt uitia subtilissimarū mentiū, & sanctissima specie fulgentiū. Quod ideo dico, ut stabiliam, quæ supra dixi, per carnem totum hominē significari, per spiritū æque totum; atq; hominem interiorē & exteriorē, seu nouum & ueterem non distingui, iuxta differētiā animæ & corporis, sed iuxta affectus. Nam cum fructus seu opera spiritus sint, pax, fides, continentia &c. Et hæc in corpore fiant; quis potest negare spiritum & fructum eius, in corpore membriscq; carnalibus esse, sicut expresse, j. Corinth. vj. An nescitis (inquit) quod membra uestra templum sunt spiritus sancti. Ecce non tantum anima, sed membra quoq; sunt spirituale templum. Et iterum: Glorificate & portate deum in corpore uestro; non dicit, in anima uestra. Contra quādo inuidiæ, inimicitia, uitia sunt animorum; quis negabit carnem esse in anima? Igitur spiritualis homo, totus homo est, quātum sapit, quæ dei sunt: Carnalis hō. carnalis totus, quantum sapit, quæ sua sunt. Apostolus ignarus Aristotelicæ philosophiæ non appellat hæc uitia, habitus in anima, sed opera ipsa: quibus

Differt hō iuxta affectus.

Spiritualis hō. Carnalis hō.



bus omnibus, unum habitum tribuit, carnē; hoc est, totum hominē ex Adam natum. Nam illi adhuc hodie quærūt subiectū uitiorum & uirtutum, necdum inuenerunt, an in rationali, an irrationali parte locanda sint. Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris; ut liberetur a stultis illis, & uanis cogitationibus; & mitiges ei a diebus istis pessimis, donec fodiat peccatori fouea. Igitur cum apostolo, contemptis habitibus alijsq; delyrijs morales philosophia, scito, aut carnem, aut spiritum te esse, & utrūq; ex fructibus suis cognosci, quos hic apostolus aperte enumerat. In isto uitiorū numero, nulli fere consentiunt, bea. Augusti, xiiij. bea. Ambro, xvj. Noster, xvij. ponit. bea. Hierony, xv, recitat, omittens impudicitiam & homicidia, dicensq; in latinis codicibus adulterium quoq; & impudicitia, & homicidia, in hoc catalogo uitiorum referuntur scripta, sed sciēdum non plus q̄ quindecim carnis opera nominata, de quibus differimus. Hæc ille. Erasmus & Stapuleñ, fere cū nostro consentiunt nisi quod adulterium addant, & uel luxuriam, uel impudicitiam tollant.

Philosophica  
nugamenta

Variatur in  
numero uij  
tiorum.

Erasmus  
Stapuleñ.

Opponit autem apostolus non singulos fructus, singulis operibus: sed confuse unum multis, & multa multis; ut charitatem & gaudium, fornicationi, immunditiā, luxuriam, quæ sunt peruersæ dilectiones, peruersaq; gaudia, pacem, patientiam, longanimitatem, benignitatē, bonitatem, inimicitijs, contentionibus, litibus, iræ, rixis &c. fidem hæresibus, idolatriæ, ueneficijs; contumeliam, ebrietatibus, & comestationibus. Primū est, fornicatio, nota satis.

Fornicatio  
Immundicia  
Luxuria.

Secundū immundicia, qua di. Hierony, comprehendit omnes extra ordinarias infandasq; uoluptates. Tertiū luxuria, nam impudicitia nostri textus, uideatur e margine relata in textum, ut quam aliquis glosandi studio, super immunditiam uel luxuriam signarit, aut ita in alijs haberi notarit. Hanc autem,

ἀσέλγεια  
Idolatria

licet d. Hierony, generaliter extenderit, etiam ad excessum coniugū, græce tamen aselgia lasciuia, uel ut Ambro, obscenitas dicitur, quod ad mores, gestus quoq; & uerba pertinere potest. Quartū idololatria, etiam ipsa nota satis, sed nunc nulla saltem crassa illa, & quæ in gentibus erat. Caterū quorū deus uenter est, & qui auari sunt, etiam apostolo autore idolatræ sunt. Idolatræ sunt omnes adulatores & superbi, ac quicūq; gloriantur in homine, uel seipso, uel altero. Ita hodie, non parum multi principes & pontifices, idola sunt. Quintum ueneficium est, quod malum hodie mire increfcit. Dicitur autem, Hiero, teste,

NOTA  
Veneficium

ars malefica. Pharmacū enim græce uenenum uel medicamentū dicitur, inde pharmaceutria, uenefica. Igitur magos, maleficos, carminatrices, & si qui alij, qui pactis dæmonum usi illudunt, nocent, furantur proximis suis apostolus significat. Claret autem tanti apostoli quoq; autoritate, ueneficia illa nō esse nihil, sed posse nocere, quod multi non credunt. Sextum, inimicitia, similitates, & silentia inter se odia esse uidentur. Lites quod noster textus, contentiones, græcus eris, id est lis, opus inimicitiarum, æmulationes seu çeli, supra dictum est. Iræ notum est. Rixæ quas d. Hiero, græce eritheias dici aptius putat, quando scilicet aliquis ad contradicendum paratus, stomacho delectatur alieno, & muliebri iurgio contendit, & prouocat cōtendentē. Hæc omnia

φάρμακον

Inimicitia  
Lites.

ἔρις  
Iræ.  
ἐπίθρα

experientia & exemplo duorum aduersariorum melius, q̄ descriptione colligere possis. Primū enim sunt inimici atq; discordes, tum data quacūq; occasione, mox litigant; litigantes autē æmulantur, dum quisq; alteri superior esse nititur; æmulantes autem irascuntur; irati autem quærunt utrinq; quod dicant aut faciant, aut omittant, quod alterū mordeat ac prouocet, hoc est rixantur. Rixantes autem dissentiant, & quisq; sua defendere promptus est, alienaq; infirmare;

firmare;



**NOTA.** firmare. Ex quibus tunc sectæ & hæreses fiunt, dum quisq; alios in suâ partem trahit, & alteri abstrahit. Hinc aliter inuidia atrox malû, tandē in cædes & homicidia ruunt. Et hic finis huius mali. Exemplû sume inter duos forenses aduersarios, aut duas respublicas inuicem aduersarias, Aut inter duos sophistas ac theologistas, pro opinionibus suis certantes. Nouem ergo gradibus seu capitibus, distinxit concupiscentiam illam carnis, amarulentam atq; colericam, adeo detestatur aduersarios charitatis apostolus. Addit hic d. Hierony. hæreticum dici omnem, qui scripturam aliter intelligit, q̄ sensus spiritus sancti flagitat, etiam si de ecclesia non recesserit; dura sententiâ super Aristotelicos theologos.

**Hæretici apud Hiero.**

**Ebrietas.**

Deinde septimû, ebrietas, quæ non tantum uino, sed omni alio genere potus prohibetur. Vnde Lucæ. i. Vinum & siceram, id est, inebriatiuû non bibet. Cõmendatur sane abstinentia uini & sobrietas in uarijs scripturæ locis. Cõtra quid ebrietas præstiterit, satis eiusdem probant scripturæ, historiæ in Noe, Loth, quorum ebrietas sine propria culpa, non tamen sine malo aliorum contigit; sed notæ sunt historiæ passim. Vnde Christus Lucæ. xxj. Attendite, ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate. Et certe, ebrietatem satis apparet, esse quandã pestem, in nostris regionibus, diuino furore immissam; fugimus passim pestilentiam carnis, & omni studio nos armamus & curamus, ne corripiamur ab ea. In hanc uero pestem, insigni cecitate, nos ipsi irruimus, nec est, qui saltē moneat, nedum prohibeat. Deniq; impetuosis grassatur, q̄ ut spes esse possit, eam expurgandi. Vltimû comessatio, quæ Lucæ. xxj. crapula dicitur, sicut ebrietas nimîu bibendo, ita crapula nimîu comedendo grauat corda. Et hoc celebre malû, mire crescit etiã in ducib<sup>9</sup> populi, & magnatib<sup>9</sup> Israel, tâto luxu, tâto apparatu, tâto ferculorû copia & uarietate, ut præcorû insignes crapulas uideant, data opa, uelle irridere. Venit aut uerbû comessatio, a noie

**Ebrietas pestis est.**

**Comessatio**

**Origo comessationis.**

**καμος.**

Comos, qui græcis de<sup>9</sup> cõuiuû & crapula dicit<sup>9</sup> est; ut sicut a Venere libido, ita a Como crapula dicitur; utrûq; sane numen potētissimû & uicinû, huic ueter, illi ea, quæ infra uentrem sunt, seruiūt. Et Comos uenerem seruat, ac uegetat; alioquin sine cerere & baccho friget uenus. In fine addit, & ijs similia; quia qs omnem lernam carnalis uitæ recenset. Nam superbiam & uanam gloriam ita sub amulatione & celo comprehendit; detractionem, maledicta, clamorem blasphemias, sub ira, inuidia, dissensione &c. dolos, fraudes, insidias, mendacia, sub eisdem. partes enim aliquot signauit, ne Galatæ causarentur sese nescire, quomodo carnis concupiscentijs resisterent.

Quæ prædico uobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnû dei non consequentur.

**Sola fides nõ sufficit, sola est iustificat.**

**NOTA**

**Apóstolica populi docēdi ratio.**

Ecce hoc est, spiritu ambulare, & non perficere carnis desyderia, spiritu duci, non esse sub lege, atq; omnem legem, in uno charitatis capitulo completi, scilicet si hæc non fiant. Iam uides, q̄ non sufficiat sola fides, & tamen sola fides iustificat; quia si uera est, impetrat spiritû charitatis. Spiritus autē charitatis hæc omnia fugit, ac sic legem implet, & regnû dei consequitur. Proinde totum fidei tribuendû, fides autem uerbo, uerbû autē diuinæ misericordiæ mittētis uerbi apostolos & prædicatores, ut sit omnis sufficiētia nostra ex deo, a quo uenit omne donum, & datû optimû. Hæc sunt, quæ in populo tractari oportuit, & eo ordine tractari, q̄ ab apostolo tradunt; ut primû de suis uiribus desperantes, uerbû fidei audiāt, audiētes credant, credentes inuocēt, inuocātes exaudiant, exauditi spiritû charitatis accipiāt, accepto spiritu, spiritu ambulēt & desyderia



& desyderia carnis non perficiant, sed crucifigant, erucifixi cū Christo resurgāt, & regnū dei possideant. Nos autem in operibus a nobis electis & statutis, animas occupamus semper docentes, & nunquā ueritatis scientiam attingentes: immo contra pietatem, liberū arbitriū, & uirtutes nostras erigentes, præsumptionem docentes, & merita congrui & condigni uanissime iactantes, tandem noticiam Christi penitus tollentes, & miserrimas conscientias hominibus multiplicantes. Beatus August. super uerbo, Qui talia agunt, Agunt (inquit) talia, qui cupiditatibus carnalibus consentientes, facienda esse decernunt, etiam si adimplendi facultas non datur. & subiungit mirā distinctionē. Aliud (inquit) est non peccare, & aliud peccatum non habere. Nā in quo peccatū non regnat, nō peccat: hic est, qui nō obedit desyderijs eius: in quo autē nō existūt omnino ista desyderia, nō solū non peccat, sed etiā non habet peccatū. Quod & si multis ex partibus in ista uita possit effici: ex omni tamē parte, nō nisi in resu rectione, atq; commutatione carnis sperādū est. Hæc distinctio idē docet, quod supra satis est distinctū, quod homo inquantū spiritu ambulat, iustus & sanctus est, ac nō peccat. At inquantū desyderijs adhuc mouetur, peccator est & carnalis. Habet ergo peccatum in carne, & peccat caro eius: ipse uero non peccat. Mira sententia, idem homo simul peccat, & non peccat. Hic concordantur duæ illæ Ioannis apostoli sententiæ. Prior Ioan. i. Si dixerim⁹, quia peccatū nō habemus nos ipsos seducimus. Posterior. iij. & v. Omnis qui natus est ex deo, nō peccat. Oēs ergo sancti habent peccatū, suntq; peccatores, & nullus peccat: iusti sunt, iuxta illud quod gratia in eis sanauit peccatores, iuxta quod adhuc sanandi sunt.

B. August.

Non peccare  
pctm non ha  
bere.

inquit

Ioan. i. &amp; v.

Ioan. i. &amp; v.

Fructus autem spiritus est, charitas, gaudiū, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

Non est dubium, quin tantum notē fructus numerauit Paulus, ut ex d. Hierony. b. Augu. & græco liquet, ubi sic cēsentur: fructus spiritus est, charitas, gaudiū, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, cōtinentia. Apparet autē numerū duodecimū istū creuisse, imperita aliquorū diligētia. Qui cū uel in glossa, uel margine, uel in Hiero. inuenissent, patientiā, in textum retulerunt in quartū locū, in quo longanimitas ponenda fuit, quā in septimū transtulerunt. Deinde cōtinentiā, id quod modestiā & castitatē ex d. Hiero. significare uiderunt, adiecerunt has duas textui. Et fidei ac mansuetudinis loca permutarunt. Perit ergo fundamentū doctrinæ illorum, de duodecim fructibus, nō modo defectu numeri, uerū & ratione intelligentiæ: illi em̄ ex fructibus faciūt suos habitus in anima subiectiue hærentes. Apostolus autē facit eos, opera spiritus uitalia, & per totū hominē diffusa, opponit em̄ eos operibus carnis: Sed & spirit⁹ hoc loco (licet refragante Hiero.) non spiritū sanctū significat, sed spirituale hominē, ut sit antithesis, opa carnis, fructus spiritus. Caro arbor mala, pferens spinas & tribulos: Spiritus arbor bona, proferens uuas & ficus, ut Matth. vij. Nā & Amb. dicit, quod lex spiritus hæc operatur. Et b. Hiero. in uia rediens, spiritū arborē bonā interpretat. Itē carnis opa, nō fructus: spūs fruct⁹, nō opa uocat. Cur hoc: nēpe qd opera carnis non sunt utilia, quia spinis & tribulis nemo frui potest; sed sunt opera mala, tantū nocentia. At opera spiritus profunt, & frui illis possumus in æternum: sunt ficus & uua terre promissionis: recte ergo fructus nomine cōmendantur. Primus est charitas, de qua dictū est, nō esse eam quali

Duodecim  
fructus.Spiritus fru  
ctus.Charitas  
quid sit,

Te quali



qualitatem latentem, sed sicut de fide b. August. dicit, quod unusquisque eam certissime uidet, si eam habet; ita & spem certe sentit se habere, ita & charitatē, praesertim tempore tentationis certissime uidet, si habet. Est ergo haec dulcis motus in deum irascentem, & proximū offendentē. Tūc em̄ probatur charitas dei quādo percutit & perturbat; sicut in martyribus mōstratum est & in Christo passo. Tunc autem probatur charitas proximi, quando proximus offendit, & odium mereri uidetur. Alioquin nulla ferme uirtus simulationi magis patet; adeo, ut Rho. vii. apostolus id unum curarit, d. Charitas sine simulatione. Habet em̄ deus multos amatores, qui in Psal. scribuntur; Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Et psal. lxxvij. Et dilexerunt eū in ore suo, & lingua mentiti sunt ei. Laetatur ergo in pace, sed in bello nihil uiuacius sentitur, q̄ charitas, spes, fides; nisi diffidentiam, desperationē, odiū quoq; nō sentiāt. Gaudiū secundus fructus (æque ut charitas) in deo & proximo est. In deo, quādo de diuina misericordia laeti sumus, etiam in medijs mundi procellis, laudantes & benedicētes dominū in camino ignis die ac nocte. In proximo uero, quando illius bonis non inuidemus, sed congratulamur tāquā nostris proprijs, laudantes dona dei in illis.

**Gaudium.**

**Carnis malicia, profundiss.**

**Opa carnis gelus, factio/dum.**

**Pax.**

**Forū Rho. lii sibus scater.**

**NOTA.**

*Contra Quirinos*

At sicut carnis sectatores fingunt charitatē tempore sereno, ita & gaudium; laudant deum & dona dei in hominibus, sed donec offendatur, tum opera carnis prouunt, detrahunt donis dei, quæ prius laudat: tristantur, si detractio eorum non sit successus, nec minuatur existimatio proximi. Nemo enim credit q̄ profunda sit malicia carnis, tam multos secure perdit, donec tententur & probentur. Plana uidetur & aperta apostoli uerba; sed si in usum ponas, inuenies q̄ arduum sit, non operari opera carnis, quæ insensatis illis uidentur a se esse longissima, cum sint illis plenissimi. Nam etiam super religione, super obseruatjs, super bonis operibus, super regulis, statutis, traditionibus, moribus hominum, pleno impetu prouunt; sed hic accipiunt uelamentum zeli, & amorē iustitiæ. Et pro sancta religione secure uastant charitatem, & pacem, & gaudiū. Qui furor hodie omnia fere monasteria, omnes ecclesias; & ut Psal. ait; Electiores Israhel occupat. Nā in ijs, qui publice mali sunt, facile dignoscuntur. At sub tonsuris infulis, alijsq; sacris ritibus, pulchre saginatur, ac secure regnat Behemoth iste, dum credunt se obsequium deo præstare, si suæ factionis carnem ament.

Extraneos uero immortalī odio persequantur ac criminantur. Tertius est pax, quæ & ipsa duplex est: In deo, hæc est bona cōscientia, in misericordia Christi nixa, sed exuperat quandoq; omnem sensum, dum turbatur, abscondente se deo, & faciem auertente, conscientia sibi relicta. In proximo uero, dum ceditur eius uoluntati; Nā pax hæc cum hominibus stare nunq; potest. Si quislibet sua iustificet, tveatur, quarat, expostulet; sicut hodie forum Rhomanum, & iura ecclesiæ repleuerūt litibus, iurgijs, causis; interim frusto paruulo pacis cōtēti, quæ cū suis cōueniūt, faciuntq; sub ipsis operculū neq; ut nihil min⁹ putēt q̄ se in opibus carnis esse submersos. Nō em̄ cū quātis discordēt, sed cū quātis cōcordēt attēdunt; reliquos etiā docere pacem parati. prorsus hi nihil de pace intelligunt quā apostolus Rhoma. xij. commendat, dicens; Quantum in uobis est, cū omnibus hominibus pacem habentes. Et Marth. v. Beati pacifici, quoniā filij dei uocabūtur. Verum huius pacis dissolutionē, iuristę sap. & doctissime excusant quando uim ui repellere docent, & iustitiam tuendam esse iactant; quasi nō sit summa omnium iustitia, iustitiam suam relinquere, & aduersario tollenti palli um cedere, etiā tunica adiecta. Breuiter impossibile est, Euangeliū & iura hominū simul seruare; ideo impossibile est pacē simul cū iuribus stare, maxime nostra



nostra aetate, ubi Euangelium nihil est, iura sunt omnia in omnibus. Hic est angelus in Apocalypsi missus in ira dei, ut sumeret pacem de terra. Quartus est longanimitas, græce macrothymia. Nō est hic hypomone, i. patientia; nec anoche, i. tollerantia; quāquā diuus Hieronymus pro eodem accipere uelit patientiam & longanimitatem; uerum aliud uidetur esse malos tolerare, aliud eorum iniurias pati, & adhuc eorum expectare emendationem, optare salutem, non cogitare uindictam, quod propriū est longanimitatis. Rhomanorum, ij. An diuitias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis eius contemnis? Bonitas est, qua benefacit eis. Patientia, qua eos patitur abuti beneficijs, ingratos reddētes malum pro bono. Longanimitas, qua expectat emendationem eorum.

Longanimitas.

Patientia

Quintus est benignitas. Sextus bonitas, quæ sic differunt, autore Hieronymo. Benignitas est uirtus lenis, blanda, tranquilla, & omnium bonorum apta consortio, inuitans ad familiaritatem sui, dulcis alloquio, moribus temperata.

Benignitas.  
Bonitas.

Vnde beatus Ambrosius habet lenitas. Hæc passim & barbare uocatur amicitia, uernacula, Freundlich, holdselig, leudselig, græce Chrestotes: quam, ij. Corinth. vj. suauitatem interpretatur, dicens: In suauitate, in spiritu sancto. & hinc Rho. ult. Chrestologias, dulces sermones dixit. Et rectius suauitas, quæ benignitas mihi diceretur. Quod malignitas contrarium uitium, atrocius est, quæ ut difficilius illos & insuaues significet. Dicitur enim de insuauibus, bonus homo est, sed nescit hominum se moribus attemperare. Er ist frum̄, aber gar zu vnfreundlich, vnd nit leudselig. Bonitas ergo potest esse tristior, & fronte seueris moribus irrugata, ad benefaciendum tamen exposita; nemini nocet, omnibus prodest, sed humanitatis aliquid ei deest.

Septimus, fides, quā di. Hierony. eam intelligit, que ab apostolo substantia rerum sperandarū Heb. xj. scribitur. Nam substantiam exponit pro possessione dicens: Quia quod fide possidemus, speramus esse uenturū. In qua sententia & ego diu fui, quod obseruassem substantiam in sacris literis fere ubique pro facultatibus & possessione usurpari, maxime cum ad hoc Hierony. huius loci tenerem autoritatem. Nam quæ de substantia Sententionarij comportarunt, quid est recensere? At postquam Philippus meus Melanchton, adolescens corpore, senex uenerabili mentis canitie, quo in græcis uxor præceptore, me sic sapere non permittit, ostenditque substantiam, quæ facultatem significat, non hypostasim (quo uerbo apostolus Heb. xj. utitur) sed uel usian, uel broton, uel hyparxin græce dicit; mutauit sententiam, ceditque sensu meo, hypostasim seu substantiam significare proprie substantiam & substantiam, qua quodlibet in se subsistit, ut Chrysostr. sapit: uel etiam promissionem, pactum, de quo non est nunc tempus latius disputandi; expectationem, quæ uerbi, unde descendit hypostasim, uis & proprietates admittit. Potest autem fides hoc loco non absurde accipi pro ueritate, seu fidelitate, seu simplicitate, quæ neminem fallit, quæ in negotijs & cōmuni mortalium uita summe est necessaria, ut etiam duplicem sic fidem inueniamus: Vnam erga deum, cui fideles sumus, nō tantū quod seruamus nostra promissa, quātū quod credimus illius promissis. Alteram erga hominē, cui sumus fideles, seruantes & tenaces pactorum ac promissorum.

Fides:  
Substantia

Philipp. Melanchton.

Duplex fides

Octauus mansuetudo, quā Hiero. opponit iræ & rixis: quæ a longanimitate forte difficulter distinguitur. At nota est mansuetudo & mititas, quod sit uirtus quæ non irritatur ad iram, non uindicat; ultra quā longanimitas est, quæ expectat emendationem malorum, qui etiam non irritarunt.

Mansuetudo

Nonus, continentia, seu rectius temperantia, quam non tantum in castitate debemus

Continentia

Et ij debemus



debemus accipere, sed & in potu & cibo: quare eius sententia castitatem & modestiam complectitur. Itaque & coniugum hic frenat licentiam, ut continenter uiuant, modestia temperantes carnis libidinem.

Aduersus huiusmodi, non est lex.

Non esse sub lege.

Memor argumenti suscepti, semper inculcat legem, quæ non iustificat confidentes in eam. sic Timoth. i. Lex non est iusto posita, sed rebellibus & parricidis &c. Non indigent lege qui tales sunt, ut quid ergo Galatæ ad legem reuertuntur, non modo decalogi, sed etiam ceremoniarum? Vides enim apostolum non de ceremoniali tantum lege, sed maxime & de morali loqui. Iterum autem suo tropo theologizat apostolus, quare cauendum est a stultra intelligentia, quasi iustus non debeat bene uiuere, bonaque facere. Nam hoc rudes intelligunt, non esse sub lege: sed ideo iustus non habet legem, quia nihil debet legi: ut qui habet charitatem quæ facit & implet legem. Sicut, iij. & vij. (paradigma est Augusti.) non debet esse decem, sed sunt decem. Nec ad hoc ut decem fiant, quaræda est ulla lex aut regula: sic domus ædificata, non debet ædificari. Est enim quod ars ædificatoris uelut lex quarerebat: ita iustus non debet bene uiuere, sed bene uiuit: nec indiget lege, quæ doceat eum bene uiuere. Sic uirgo non debet esse uirgo: quod si per aliam quam legem quareret fieri uirgo, nonne insaniret? Iniustus autem debet bene uiuere, quia non bene uiuit, quod lex requirit. Hoc totum urget, ne ex lege & operibus iusti fieri præsumant, sed per fidem accipiant spiritum sine lege & operibus quo lege satisfaciunt: ut abunde satis dictum est in superioribus.

Lex & debet.

Qui autem sunt Christi, carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.

Subiectio.

Ad occultam respondet questionem, qua ex prædictis quispiam motus quæreret. Si aduersus huiusmodi non est lex, & sunt iusti, nec debitoris legis, ut quid precipis, ut opera carnis non faciant, spiritu ambulent, & alia faciant? Nonne debitum ab eis exigis? Nonne legem præscribis? Nonne aduersus eos tua præcepta sunt? Quid tibi ipsi contradicis? Quid putas aliud responderet, quod supra didicimus, quod ij, qui perfecti in ijs sunt, sub lege non sunt; legem implent plene, ideo lex nihil aduersus eos; uerum dum in carne nemo est, qui hanc metam perfecte attingit, in hoc saltem seruantur, qui Christi sunt, qui carnem suam crucifigunt, & pugnant cum desiderijs eius; & sic spiritu implent legem dei, licet carne (ut Rho. vij. dicit) seruiant legi peccati. Quare fructum spiritus descriptio, contra quos lex non est, potius præfixa meta est, ad quam nitendum est spiritualibus, quam quod aliquos illuc peruenisse sentiat, tantum ergo illis non aduersatur lex, quantum spiritu uiuunt: tantum aduersatur, quantum carnis mouentur desiderijs. Et hunc canonem esse intelligendum omnia alia, in quibus iusti & sancti in terra commendantur, pulchre & copiose probat Augustinus, de natu. & gratia. Sic Rho. vij. uetus homo noster simul crucifixus est cum Christo, & supra. ij. Christo crucifixus sum, uiuo iam non ego, uiuit uero in me Christus. Transeo quæ hic d. Hierony. ex Origine recenserit neque satis placent. Dixerat apostolus non esse legem aduersus spiritum, qui fructificat fructus lege præceptos: ita contra, non operantur opera carnis, faciunt bonum, & declinant a malo. Quare: quia sunt Christi, pertinent ad Christum, non ad Moysen, non ad legem. Si autem sunt Christi, sine dubio carnem crucifixam habent: non per legem, quæ carnem magis irritabat: sed per Christum: quasi di. Christi esse non potestis, si legis esse uultis. Si legis estis, carnem non crucifigetis, eritque aduersus uos lex

Qualis cano  
quo iusti &  
sancti comē  
dantur.

Christi non  
sunt, qui legis  
sunt.



uos lex. Ideo ij, qui sunt Christi, sub lege non sunt, & simul carnē crucifigunt cum vitijs & desyderijs. Vitia, seu græce passiones Hiero. putat generalius dicitur, ideo additū concupiscentijs, quia passiones etiam ad dolorem referuntur.

Quid autē si per vitia seu passiones intelligat perturbatiōes irascibilis virtutis, in amarulentia cordis furentes, & per concupiscentias affectus concupiscibilis, in titillatione carnis blandiētes (quisq; suo sensu abundet) Nota est forma huius crucifixionis: nā clauī sunt uerbum dei, per impulsū gratiæ dei penetrātes, & carnē prohibentes, ne sequatur sua desyderia. Sic Ecclesi. ulti. Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clauī in altū defixi, quæ per magistrorum consiliū data sunt a pastore uno; id est, per apostolos & prophetas a Christo.

Vitia,

Forma crucifixionis.  
Verba sapientium.

## CAPITVLVM SEXTVM.

**S**I spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus.

Nō referre multum credo, quod nostri codices hic capl. vj. ordiuntur, quod Hiero. & græci infra incipiūt: Fratres, & si homo p̄occupatus &c. Eundē seruat ordinē in hac epistola, quē ad Ro. nā & illic primo fidē docet, p̄ undecim capitula, duodecimo charitatē & fructus spiritus tractat; tertio decimo & reliquis p̄ suscipiēdis infirmis in fide laborat. Ita & hic, institutis in fide & charitate inter alios mores, id curat quoq; ut infirmos aut lapsos non fastidiant Sic em̄ b. Augu. recte, meo iudicio, putat hæc dici in eos, qui de litera reducti in spiritū, infirmiores despiciunt, de seipsis uane gloriantes; ideo moneri, ut si sunt sp̄uales, nō sibi placeant, sed infirmitates imbecillū sustineant, ut Rom. xiiij. & xv. dicit. Nā nisi hoc facerēt, spiritu quidē incepissent, sed nō ambularēt spiritu facti sup̄bi fratrum contēptores. Est ergo sensus, Certus sum, q̄ siue ex hac, siue priore mea doctrina, in spiritu edocti fueritis, aliquot inter uos relinqui, q̄ serui pulosi sunt, nōdū fidei sanā opinionē, ab opibus legis potētes discernere; ut qui timore cōsciētiae nolūt ab operibus legis desistere, nō satis fidentes iustitiæ soli fidei; hos (inquā) oportet non despiciere, sed blande fouere, donec usu & exēplo fortū roborent firmeturq;. Nā ad hoc illi semp̄ relinquunt, uelut pauperes in medio populi; ut sint, in quos charitatis officia possitis exercere. Ideoq; si spiritu uiuimus, spiritu incedamus; hoc est, p̄seueremus & p̄cedamus; quod fiet, si infirmorum imbecillitate, nō sinamus nos tētari, ad fastidiū eorū, & nostri propriā cōplacentiā; hoc em̄ esset de spiritu declinare, nobis placere, non per charitatē alijs seruire. Sicut hodie quoq; abūdat infirmorum uulgus, etiā inter doctissimos, qui misere torquētur conscientia legū humanarū, nec audent fidere soli fidei in Christū. Et pueri ac effemīnati, qui regnāt in ecclesia, nihil prorsus cedūt infirmitatibus nostris; sed in turbine & uolentia, robustas offas opinionū suarū nobis p̄ponunt; modo tyrannidē stabiliant, statim ut nō responderis quod uolūt Ergo tu es hæreticus, ethnicus, schismaticus (inquiunt) sed hæc alias. Ambulemus, idē uerbum est, quod supra, iij. ca. coniunctus est ei &c. Et sit sensus; Sina mons est in Arabia, qui coniunctus est, id est, qui p̄tingit, ambulat, incedit, usq; ad Hierusalē, sicut dictū est illic. Et infra. Quicumq; hanc regulā secuti fuerint id est, incederit, ambulauerit. Est em̄ uis huius uerbi, & p̄pria significatio, ordine incedere, recta uia gradū p̄cedere; ut Erasmo dedit. Vt autē eo uerbo ap̄lus cōmode hoc loco, ut nō declinet, neq; ad sinistrā, neq; ad dextrā; sed ordine recte incedat & ambulēt spiritu cepto. Nā in populo, cū sint firmi & infirmi, duplex oris scandalū; unū a sinistris infirmorum, alterū dextris firmorum; quos in medio retinere nititur apostolus, & scandala utraq; phibere. Scandalū infirmorum est,

B. Augu. sententia.

Sensus ap̄li.

Spiritu incedendum.

Ambulare.

Scandalū infirmorum.

Tt iij quando